¶ Lectura reuerēdi mgri fris stephani
Brulefer sacre theologie pfessoris Sco
tici alme vniuersitatis parisieñ. Sacri
ordinis minorū de obseruātia dicti sup
scdo sententiarū scripto sancti Bona/
uenture Metis gallie reportata zc̄.



Jrca scdm
librū sentētiaꝝ do/
ctoris seraphici sā/
cti Bonauenture
aīaduertendum ꝙ
oēs sacraruz lr̄arū
scriptores asserūt ꝙ
q̄ttuor sunt genera
questionū Quedā
em̄ sunt subtiles z studiose. Alie diffici
les z curiose. alie seculares z cōtentiose.
Alie vtiles z ꝟtuose. Primum genus so
let disputari in scola phoꝝ. scdm in sco/
la fantasticoꝝ. terciū in scola legistarū.
quartū i scola theologoꝝ. Omnissis qō
nibus curiosis q̄ vanitatē afferūt et ob/
missis .q. le. q̄ lites generāt sctissim⁹ Bo/
nauentura cui⁹ scdm habem⁹ p̄ manib⁹
i sua excessiua doctrina scdi qōes Sub
tiles z vtiles diligētissime pscrutat. Nā
.q. subtiles ingeniosissime proponit soli
dissime tractat z resolutissime terminat
.q. ꝟo vtiles optime pponit soluit z de/
scidit: q̄propter doctor iste cherubicus
et seraphicus dr̄. Cherubicus quidē qr
erudit multipliciter intellectū. Sera/
phicus ꝟo qr inflāmat ardenter affectū
nam dū studet illuminationi intellect⁹
totum refert in pietatē affectus. Quia
igit qōnes subtiles sapiētissime z vltra
ꝙ credi pōt scientifice enucliauit ppter
plenitudinē scientie doctor cherubicus
vocat merito. Quia ꝟo qōnes vtiles et
virtuosas ad deuotionē z amorē dei in/
citatiuas in eadē sua doctrina inseruit
doctor seraphicus recte appellat. Sera
phin em̄ ardētes vel incēdentes interp̄/
tantur. Vñ z oia opuscula ei⁹ miro mō
in amorē dei sūt allectiua q̄propter ab
indeuotis scholasticis quoꝝ maior ē nu
merus hic doctor est dimissus. Nam fi/
lij hoim diligētes vanitatē z q̄rentes mē
daciū plus curiosis ꝙ vtilibus intēdūt
De hoc doctore bonauētura refert Jo/
hannes gerson. Si q̄ris qs inter docto/
res pl⁹ sit idoneus Rñdeo absq̄ piudi/
cio ꝙ dñs Bonauētura. Ipe em in docē
do solidus est securus z iustus pius ac
deuot⁹ hec ille. Igit circa scdm scti Bo
nauenture intendimus aliq̄ inuestigare

Circa primā di/
stinctionē sciendū ꝙ distin
ctio ista diuidit i duas par
tes. In pma tractat magr̄
de exitu rerū a deo inq̄ntū principium.
In scda de exitu rerū inq̄ntum est finis:
qr alpha z o. In pncipio hui⁹ distinctio
nis querit de rerū exitu a deo z sunt due
q̄stiones: prima gñalis z scda specialis.
Prima vtrū res habeant principiū cau/
sale. Scda vtrū habeāt principiū initi/
ale zc̄. Pro intelligētia q̄ dicunt in hac
pte declarādi sunt termini de rerū exitu
in esse: quia nulla est ppositio ita euidēs
qn req̄rat necessario cognitionē suoruz
terminoꝝ nam pncipia cognoscim⁹ inq̄n
tum terminos cognoscim⁹. ¶ Igitur in
ista qōne sunt quinq̄ termini declarādi
Prim⁹ est exitus: scds res: tercius esse z
ista in qōne gñali: in alia qōne termin⁹
primus pncipium initiale. scds princi/
piū causale. ¶ Exitus est pductio passi
ua alicuius rei in esse reali fm ꝙ forma
liter dicit produci ab alia re. In ista de
scriptione sunt q̄tuor particule. Prima
ꝙ exitus est productio: pductio ponit
loco generis. Scda passiua ad differen
tiam productionis actiue. Tercia qua
aliqua res producitur in esse reali Hoc
ponit ad differentiā productionis rōnis
Quarta z vltima fm quā res dicit pro
duci ab alia re. Exitus est relatio: ideo
diffinit p terminū ido ista particula po
nitur tanq̄ terminus. Pro vlteriori tñ
declaratione ponunt sex propositiones

Prima licet oīs exitus sit ꝓductio non tñ econtra hic patet prima ps: qꝛ omis exitus est productio. Scḋa patet: quia ꝓductio actiua nō est exitus. ¶ Scḋa ꝓpositio nulla ꝓductio actiua est exitus. Probaṫ qꝛ si productio actiua diceret productio patet produceret qḋ est here ticū ꝛ falsuȝ. ¶ Tercia ꝓpositio duplex est productio. prima intētionalis. scḋa realis qua produciṫ res realis. Exitus est talis productio. Alia est productio intentionalis q̄ aliquid produciṫ inesse cognito vñ possum producere antixp̄m inesse intētionali. ¶ Quarta ꝓpositio ē nulla ꝓductio intētionalis pōt dici exitus qꝛ exitus est producere inesse reale. ¶ Quinta ꝓpositio est ꝙ nulla res pōt exire a seipā ista ptꝫ ex p̄cedentibꝫ qꝛ ali quā exire a seipsa est seipam producere qḋ est inconueniens ꝛ impossibile vñ ne cessario habeṫ distinctio psonarū in di uinis. ¶ Sexto ꝙ sola productio realis pōt dici exitus. ¶ Dico propterea ꝙ du plex est exitus scȝ creatꝰ ꝛ increatꝰ. Cre atus q̄ vna res producitur ab alia. In creatꝰ q̄ vna res icreata ab alia ꝓduciṫ. Hoc mō deus pr̄ producit filiū. ¶ Itēȝ duplex est exitus increatus: generatiuꝰ ꝛ spiratiuus. Exitus generatiuus est q̄ filius produciṫ a patre ꝑ generationē. Spiratiuus est quo spūsctūs produci tur ꝑ spirationē. Exitus creatus ex par te fundamēti solū est duplex scȝ imedia tus ꝛ mediatus. Immediatꝰ est produ ctio passiua qua produciṫ creatura im mediate a dō sine quacūqꝫ causa media Hoc mō angeli creati sunt: qꝛ nullo me dio nec extrinseco: vt sole aut alio agen te: nec intrinseco qꝛ absqꝫ materia. Exi tus mediatus est qñ produciṫ res a deo mediāte causa scḋa vt sole ꝛ homine: hō ¶ Notāde sunt pro istis aliq̄ ꝓpōnes. ¶ Prima ꝙ angeli exiuerūt a deo exitu immediato. ¶ Scḋa ꝓpositio celum em pireum: materia prima exiuerunt a deo exitu immediato quia ex nihilo: qꝛ deꝰ ab initio creauit quattuor scȝ spūs an gelicos celum empireū materiā primaȝ et tp̄s: ista exiuerunt immediate a deo. ¶ Tercia propositio est ꝙ oīs anima in tellectiua produciṫ a deo exitu immedi ato quia absqꝫ causa media. ¶ Quarta ꝓpositio est ꝙ virtutes theologicales fi des spes charitas ꝛ grā ꝛ omis habitus supnaturalis exeunt a deo exitu imme diato qꝛ nulla causa media: immo om nes angeli non possent cōferre grāȝ aut virtutes supnaturales. ¶ Quinta pro positio ꝙ elementa ꝛ omnia alia corpo ra exiuerūt a deo exitu mediato qꝛ me diante materia prima. Vñ argutum est ꝙ omnes compositi sunt ex materia et forma quicqd dicat aristoteles. Nota ꝙ non habuerūt causam mediā extrinsecā sed intrinsecam. ¶ Sexta proposito om nia ista corpora ꝛ gñabilia exeunt a deo mediate mediāte scȝ causa media efficiē te extrinseca et intrinseca. ¶ Queriṫ de quo esse intelligiṫ qñ res producitur in esse. Pro declaratione maiori ponūtur alique ꝓpositiones. ¶ Prima ꝓpositio. Nullū non ens potest esse principiū cau sale: qꝛ oportet ꝙ sit causa: non ens non est causa male. ergo dicitur ꝙ intelligē do rosam in hyeme producatur rosa. ¶ Scḋa ꝓpositio Nullum ens rationis pōt causare aliqḋ ens reale neqꝫ intelle ctionē sui. probatio: quia qḋ non est nō potest causare ens reale. res rōnis nō est in rerum natura: quia si esset iam esset ens reale. Ens rōnis solū habet termi nare intellectū: vt non mouere neqꝫ mē surare. ¶ Tercia propositio Nulla res potest dici principiū causale alicuꝰ rei ex eo ꝙ pōt ipam causare sed requiritur ꝙ actu causet. ¶ Quarta propositio oē principiū causale distinguiṫ eēntialiter a principiato ex hoc sequitur ꝙ pater in diuinis licet vere producat filium ꝛ pa ter ꝛ filius vere producant spm̄sanctū. nec tamen pater est principium causale filij nec pater ꝛ filius spūsancti quia pa

ter non distinguitur a filio essentialiter Est ergo in diuinis principiū productiuum sed non principium causale: q2 ad principium productiuū sufficit distinctio formalis z realis. In scdo autem requirit distinctio essentialis. Item quattuor sunt principia causalia scz causale effectiuum formale materiale et finale. De principio effectiuo non est dubium: quia omnes ponūt primā causam sez effectiuā. Primo hoc pbat multiplicitas rerum q̄ reducunt ad vnum principiū. Item mutabilitas probat principium causatiuū quia omne mutabile reducit ad immutabile quia omne qd mouetur ab alio mouetur. Itē probat hoc ordo rerū: quia ordo ortū habet a pncipio sic probat hoc ipfectio rerū: q2 omnis puatio reducit ad habitū: ois eīn puatio cognoscit vel habet cognosci p habitū. Impfectū dicit puationē pfectionis: ergo reducit ad perfectū: quia ergo res create habēt imperfectionē reducuntur ad primū qd est summe perfectum.

¶ Querit verū res mūdane sint producte fm principiū materiale. Resolutio q̄stionis stat in duabus ppositionibus.

¶ Prima mūdus fm se totū in esse producte est. Ista est regula ad cognitionē ppositionū prius oportet intelligere terminos. Dico q̄ pmo q mūdus capit quinq3 modis. ¶ Primo mō p aggregatione oium rerū creatarū siue sube siue accidētis. Et sic creature sit sumpte di cunt mūdus. Isto mō de⁹ nō est de mūdo nec ps mūdi. Nō si de⁹ esset ps mūdi seqret q aliqd esset pfectius deo qd ē inconueniēs. Deus solus ita pfectus est et infinitus est. et p ipm mūdus factus est Io. pmo sic accipit mūdus in q̄stione.

¶ Scdo mō capit mūdus pro vniuersitate oim creaturarū ptētarū sb eadē spera q̄ tn̄ spera nō ptinet ab aliquo ipsoz. Hoc mō mūdus dī eē pgregatio oium rerū ptentarū corpaliū sub octaua spera id ē empireo hoc mō angeli non sunt de mūdo q2 non ptinent sub spera ita q in ipsam influat. ¶ Tercio mō capit pro mūdo archetipo z est principalis figura ad quā mūdus factus ē. Iste mūdus est fili⁹ dei p quē tanq̄ per artē factus est mundus. Hoc mō dī archetipus. id ē pncipalis figura ad quā fact⁹ est mūdus. Hic mūdus nō est fact⁹ nec est ad ppositū. ¶ Quarto mō capit mūdus microcosmus pro homie ppter quē factus est mundus z cōicat cū omi creatura. Vn̄ marci vltimo. pdicate euāgeliū omni creature. hoc mō capit mūdus pro nobiliori parte mundi. hoc mō celū z stelle vocant mundus q2 sunt pncipalior pars mundi.

¶ Quinto modo capitur mundus pro amatoribus huius seculi. vnde mūdus eū non cognouit. capitur etiam pro statu mūdane cōuersationis ptrū ad miseriā pene Ioh. xvij. Hi sūt in mūdo ego nō sum de mūdo. Capit pro statu mūdi q̄ ad culpā Io. x. Mundus in maligno positus est. Capit pro multitudine reprobotum Ioh. xvij. Nō rogo pro mūdo id est pro reprobis.

¶ Scda propositio seu vitas est. Principia intrinseca mundi non ex alijs pncipijs. s3 de nihilo sūt pducta. Vult q̄ dicere q materia pma est producta z forma. Ad maiorē declarationē nota.

¶ Prima propositio Deus in principio producit angelos oēs de nihilo.

¶ Scda propositio. Deus in principio produxit celum empireum: materiā primam et tēpus de nihilo. Probatio. In principio enim creauit deus celū et terram Glosa. In principio creauit celum empireum repletum angelis dicit strabus ergo creauit anglos simul ecce duo prima. Si ergo creauit: ergo de nihilo. Et terram id est materiam prima3 que est subiectum transmutationis ex qua omnia alia facta fuerūt postmodū que materia vocatur terra: abyssus aqua et tenebra Genes primo.

¶ Tercia ꝓpositio. Materia nunq̄ ca/
ruit forma sic ꝙ nullaȝ q̄n q̄ȝ habuit sed
semꝑ habuit aliquā formā. Ista ꝓpō est
doctoris. Nā sct̄us bonauētura habet ꝓ
incōuenienti materiā esse sine oīni forma
Vn̄ imaginandū est ꝙ q̄n deus creauit
materiā primā creauit sibi formā coeuā
ꝛ ista semꝑ est in materia. Ita ꝙ hec for/
ma etiā sit ī angl̄is ꝛ incorporalibꝫ. Et
in gn̄abilibꝫ et corruptibilib⁹. Et licet
alie forme corrūpanť tn̄ ista sꝑ ē in ma/
teria. ¶ Quarta ꝓpō. ꝙ forma illa coe/
ua materie ꝑficiēs materiā fuit ꝓducta
de nihilo. hec forma est alterū principiū
essentiale mūdi. Dices hec forma nō est
de nihilo quia producta in materia. Re
spondeť. q̄ȝuis hec forma sit producta in
materia nō tn̄ ex materia: sicut aīa ꝓdu
citur in corpore organizato nō tn̄ ex cor
pore: infundiť eīn creatōne. ¶ Queritur
Vtrū potētia creādi sit cōicabilꝰ creatu/
re. Rn̄deo ꝑmittēdo vnā suppōem scȝ ꝙ
creare est aliq̄d de nihilo in effectu ꝓdu
cere. ꝓducere ponitur loco generis quia
nō omne ꝓducere est creare sed econtra.
De nihilo poniť ad differētiā generatio
nis. In effectu poniť ꝓ actuali existētia
Dico g̃ ad questionē ꝙ potentia creati/
ua nullo mō est cōicabilis creature etiā
ꝑ potentiā diuinaȝ. In deo sunt duo tm̄
ꝑncipia cātiua scȝ volūtas ꝛ intellectus
In creaturis sunt tria. scȝ intellectus vo
luntas ꝛ potentia executiua. Vn̄ est er/
ror ꝛ articulus ꝑieū. ꝙ angelus possit so
la voluntate exequi vel ꝓducere effect⁹
sed req̄ritur terciū scȝ potentia executi/
ua: sed in deo suū velle est suū facere pa/
tet ergo potentia creatiua est voluntas
diuina q̄ est formalr̄ deus ꝛ formalr̄ infi
nita. ergo incōicabilis. ¶ Queriť de pro
ductione passiua. Quid ē creatio passi/
ua. vtꝝ sit substātia vel accidēs. Rn̄deo
ꝙ creatio passiua nec est substātia vel ac
cidens sed est via ad vtrūq̄ȝ. Nam per
creationē fit substātia. sed hec rn̄sio non
valet. Rn̄detur g̃ per duas ꝓpositiones

¶ Prima est ꝙ aliq̄d creari nihil aliud ē
q̄ȝ aliq̄d accipere nunc primū esse a deo.
¶ Notādū ꝙ creari importat tria. vnū
positiuū ꝛ absolutū scȝ esse ꝓpriū creati.
Vn̄ aīa creatur. i. nūc habet esse. ꝑterea
importat duos respect⁹. Prim⁹ est realꝰ
qui scȝ importat ordineȝ ad primū ens.
Scd̄s respect⁹ est rōnis q̄ scȝ cōnotat re
spectū esse ad nō esse. Creatur: sensus ē:
accipit esse post nō esse. Est differētia in/
ter conseruari ꝛ creari. Res diciť creari
in ꝑmo nūc sui eē. Cōseruari āt dicit re
spectū ipsius esse nunc habiti ad idē esse
ꝑhabitū. ¶ Scd̄a ꝓpositio. Sola sub/
stantia corporea habet q̄tuor causas ex
q̄bus causať patet quia habet materiaȝ
ꝛ formā causas intrinsecas ex quo sequi
tur ꝙ nulla causa intrinseca pōt causare
sine causa efficiēte quia efficiēs agit ꝓpť
finē ꝛ sic cōcurrūt due cause extrinsece.
ꝛ sic erūt q̄tuor. ¶ Questio quare mate
ria nō est ab alio. dices quia ē principiū
oīm alioꝝ. Rn̄deo ꝙ forma fit ex mate/
ria tanq̄ȝ ex subiecto. Notandū ꝙ aliq̄d
fit ex alio tribꝫ modis. Primo mō tanq̄ȝ
ex parte intrinseca sui: vt ignis generās
ignem de sua forma intrinseca in ligno.
Scd̄o modo. Totū cōpositū generať ex
materia tanq̄ȝ ex aliqua parte sui intrin
seca: generatur forma tanq̄ȝ ex subiecto
supposito. Tercio mō aliquid dr̄ fieri
ex aliquo tanq̄ȝ ex termino corrupto vel
opposito vt ex aere corrupto fit ignis et
dicuntur opposita quia incōpossibilia.
Rn̄sio hui⁹ q̄ōnis stat in tribꝫ ꝓpōnibꝫ.

Queriť scd̄o. Vtrū mū

dus ꝓduct⁹ sit ex tp̄e an ab et̄no. ¶ Pria
ꝓpō ē ꝙ de facto mūdus nō fuit ꝓduct⁹
ab eterno pȝ qꝛ in ꝑncipio creauit de⁹ ce
lum ꝛ terrā ꝛ mūd⁹ ꝑ ipm fact⁹ ē. Joh. i.
In ꝑncipio creauit. i. in inicio tēporis.
¶ Scd̄a ꝓpō possibile ē simplr̄ mundū
fuisse ab eterno ꝓductū si deo placuisset
ꝓducere. patēt iste due ꝓpōnes qꝛ oē illō
est deo possibile qd̄ nō iplicat ꝯdictionē

q2 apud deū possibile est omne verbū.i. qđ non implicat ↄtradictionē sed mundū fuisse ab initio nō implicat ↄdictioē3.

¶ Tercia ꝓpositio rōnabilius est ponere materiā ab eterno eē informatā actu aliq̄ forma subali q̄ ponere eā nudā eē omi forma Bonauētura h3 ꝓ incōuenienti ꝙ materia sit nuda ab omi forma. Differētia est inter cōprehēdere ꝛ apprehēdere. Cōprehēdere est ipa3 rem intelligere q̄tū intellectual' est ꝛ cū hoc ipm intelligentē hēre totū itellectiuitatē actiue q̄tū h3 obiectū intellectiuū passiue. Vñ habet' ꝙ deus a nulla creatura cōprehenditur:q2 deus h3 entitatē ꝛ intellectiuitatē passiuā infinitā ꝫ ꝛc. Jtē l3 intellect⁹ aie xp̄i intelligit essentia diuinā q̄tum pōt intelligi nō tñ cōprehēdit hoc est nō intelligit q̄tum posset intelligi. Videt ꝫ aia xp̄i diuinā essentiā q̄tū visibilis ē a creatura. Solus intellect⁹ diuinus cōprehēdit eēntiā diuinā q̄tū intelligibilis est:q2 intellectus est infinitus sicut intelligibile. Apprehēdere aliquā rem est ipam cognoscere pfecte vel impfecte. Ad ꝓpositū cū dr̄ impossibile est cōprehēdi infinitū ab finito ꝟtute Dico ꝙ nō est impossibile virtutē finitā comphendere infinitas res finite entitatis:sed nō comphendere entitatē intensiue infinitā. Vñ fm Scotū. Aia xp̄i habet infinitas intellectiones actuales.

¶ Q2 deus et oēs res create ꝛ creabiles simul sumpte non faciūt deū pfectiorē: q2 solus de⁹ est ens infinitū absolute extra gen⁹ quo nihil pōt esse pfectius. Et ergo si res create adderēt aliquid pfectionis:deus non esset summe pfectus.

¶ Quare ergo creauit deus creaturā. Rñdeo ꝙ solū ꝓpter bonitatē suā cōicādam. ¶ Queri posset. Si angelus posset facere polū figuli aut ꝓijcere lapidē cū non habeat manus. Et certū est ꝙ sic Quia angelus siue bon⁹ siue malus sola virtute sua sine organo:quod hō pōt cum organo hoc potest. Unde angelus habet triplicem virtutē. p2imā intellectiuam: scdam volitiuā. terciā executiuam que excedit omnē virtutē humanā Si ergo angelus habet talē virtutē ꝙ potest facere sine organo:quanto magis de⁹ q̄ excedit oēs anglos in infinitū. Et ideo non sunt in deo nisi due potētie scʒ intellectiua et volitiua absqȝ potētia executiua:q2 volūtas exequitur ipo velle q2 est ens simplicissimū agit seipso stabilis manens dat cūcta mouere. Jtē deus agit ꝑ suā essentiā. Nā velle suū imperiosum vel efficax est suū agere que voluntas est deus. ergo actio dei nihil est nisi suum esse.

Tercio queritur. Utrū

res producte sint a pluribus ꝑncipijs. Notandū ꝙ duplices sunt res visibiles ꝛ inuisibiles. Utrū ergo sit vnū p2incipiū visibiliū ꝛ aliud inuisibiliū. Et hoc mō accipit' in q̄ōne. Posuit manicheus ꝙ deus bonus ꝓduxit oēs res inuisibiles ꝛ vocat eū deum lucis. Et alius de⁹ ꝓduxit res visibiles ꝛ tenebrosas et vocat deuʒ tanq̄ deum tenebrarū. Rñdet' ꝙ oēs res visibiles ꝛ inuisibiles sunt ab vno deo. Unde ille error manicheorum tm̄ valuit cōtra ecclīam ꝫ ad simplices ante Augustinū ꝙ pene maior pars fuit infecta:ꝛ hoc ꝑ pietatē quia non attribuebāt deo aliq̄d producere vile vl' malum vel aduersum:sed omia hec produxit deus malus ꝛ fecit antiquū testamētum deus tenebrarū et dāpnant nuptias:hec omnia sunt absurda. Et sic manicheus fuit deceptus ex hebetudine.

¶ Notandū ꝙ opera trinitatis sunt indiuisa:vnde cum dico homo petōr:dico duas res q̄dāmō scʒ naturā ꝛ vicium. Natura est bona ꝛ diligenda. Cū dico peccator aliq̄d dico scʒ pctm̄ quod non est res:nec a deo:et ideo odiendū. Cum dicitur Pereant peccatores a terra ꝛc. ꝛ similia intelliguntur in sensu cōposito: et non in sensu diuiso:hoc est pereat ho-

mo peccator non homo. Supposito q non sit nisi vnũ principiũ productiuum omniũ rerum visibilium z inuisibiliũ.

Quarto querit Utrum illud principiũ produxerit alia a se per se vel mediãte alio aliquo vt sol producit hominẽ per aliũ hominẽ. ¶ Nota aliquid agere p aliquid põt intelligi q̃tuor modis. Uno modo tanq̃ instrumentum vt faber per martellũ. Scd̃o mõ dicitur pducere p aliquid tanq̃ per pñcipium formale.i. rõnem formalẽ in eo existentẽ vt ignis producit effectũ i aliquẽ per calorẽ tanq̃ per rõnem formalẽ vel principium formale formaliter in eo existens. Tercio mõ p aliqd agit tãq̃ p aliqd suppositũ cui cõicat eqliter virtutẽ agẽdi secũ p quã ipm suppositũ producit immo est vnũ coagens: z sic pater creat per filiũ tanq̃ per suppositũ cui cõicat eandẽ virtutẽ per quã agit cum pr̃e faciendo creaturas. Et hoc mõ intelligitur illa ppositio. Oia per ipm facta sunt scz per verbum diuinũ facta sunt a patre. Quarto mõ tanq̃ per cãm scd̃az agentẽ simul. Hoc modo deus mouet celũ per angelũ pducit ranam per solẽ. Ad cuius intelligentiã ponunt q̃tuor ppositiones. ¶ Prima est q pr̃ non producit per filiũ tanq̃ per instrumentum patz q: instrumentũ est semp indignius agẽte principali: sed filius non est indignior patre ergo. ¶ Scd̃a ppositio de⁹ pater nõ producit omnia per filium tanq̃ per rationẽ formalẽ formaliter in eo existens: quia filius non est in patre formaliter nec tanq̃ subiectiue: licet filius dicatur esse in patre per circũicessionẽ. ¶ Tercia ppositio deus pater non producit oia alia p filiũ tãq̃ p causaz scd̃az patz q: filius in diuinis nõ est causa scd̃a ois patz q: pr̃ z filius z .ss̃. sunt vnica cã. cõfirmat. Ois causa scd̃aria depẽdet a causa pma vt sol a deo: sz fili⁹ in diuinis nõ depẽdet a pr̃e: q: in diuinis nõ est dependẽtia. ¶ Quarta ppositio de⁹ pr̃ oia creata pducit p filiũ tanq̃ p suppositũ realiter distinctũ ab eo cui cõicauit virtutẽ eandẽ p quã producit oia: hoc est cõicauit voluntatẽ p quã oia facta sũt. Dices q filius agit p prẽ sicut pr̃ p filium dico q nõ est sic q: pater nihil accipit a filio sic econtra. ¶ Quinta ppositio pr̃ z filius oia pducũt p spm̃sctm̃ q: cõicãt ei eandẽ virtutẽ p quã faciũt oia. verbo dñi celi firmati sunt z spũ oris eius oia virtus eorũ.i. p spm̃ sbi dei. Ista q̃stio ptinet q̃tuor q̃stiones. ¶ Prima q̃stio. Utrũ primũ pñcipiũ pduxit oia alia a se mediãte alio pñcipio tanq̃ per instrumentũ. Rñdeo q nõ ptz q: de⁹ est virtutis infinite: iõ nõ indiget auxilio: dixit z facta sunt. ¶ Scd̃a q̃stio. Utrũ pmũ pñcipiũ pducit mediãte alio principio tanq̃ formali formalr̃ inexñte. Rñdeo q nõ ptz q: de⁹ pducit res p volũtatẽ q̃ nõ est aliq forma distincta a deo. ¶ Tercia q̃stio. Utrũ pducit alia mediãte cã scd̃a. Rñdeo q nõ ptz q: de⁹ in pma productione rerum pducit res de nullo sed nulla cã scd̃a põt pducere de nullo q: h̃ est propriũ dei. ¶ Quarta q̃stio. Utrũ de⁹ pr̃ res alias producit creatas mediantib⁹ duob⁹ suppositis ab eo realit̃ distinctis hñtib⁹ eandẽ virtutẽ cum ipo. Respõdeo q sic q: pr̃ producit oia p filiũ z p spm̃sctm̃ q̃ sunt supposita habentia eandẽ virtutẽ. Pro dictorum intellectu ponunt tres ppositiones. ¶ Prima asserere q deus producat aliqua alia a se per aliquod aliud mediũ in prima productione rerũ est hereticũ. ¶ Scd̃a asserere q de⁹ in prima pductione rerũ producit alia a se p aliud nõ solum est ptra fidem sed etiam ptra rõnem q creatura producat alıqd de nihilo. ¶ Tercia ppositio asserere q deus pater producit omnia alia per filium z spm̃sanctũ: hoc est catholicũ ergo non potuit cõicare potestatẽ creandi: nec creatura ẽ capax recipere potentiã. Nota q tanta virt⁹ re-

quiritur ad creationem musce sicut ad creationem angeli; qz omnis creatio requirit ꝟtutē infinitā quā deus nulli potest cōicare eo ꝙ creatura non est capax potentie.

Quinto querit᷑. Utrū productio q̄ creatio appellat᷑ dicat᷑ mutatio.

Resolutio tota stat in vna ꝓpositione z tribus dictis. Propositio talis est triplex est ꝓductio q̄dā ē q̄n productum aliter se bz nunc ꝙ̄ prius. Alia est qua productū aliquo mō se habet nūc z nullo mō vt prius. Alia ꝓductio est q̄ ꝓductū eodē mō se bz vt prius. prima vocatur generatio naturalis: scđa creatio supnaturalis. tercia productio personarum eternalis. Omne productū gn̄atione naturali aliter se habet nunc ꝙ̄ prius ꝑ̄ n parte sui per creationē ꝙ nullo modo fuit prius aliquo mō se bz nūc. Omne ꝙ producit᷑ per creationē aliquo mō se bz in pmo instāti sue creationis z nullo mō vt prius. Tercia ꝓductio ē in diuinis personis: tunc ponuntur tria dicta. Primū est ꝙ prima productio q̄ est gn̄alis habet rōnem motus productionis z mutationis: habet rōnem motus p dispositionē nature. p qua alicates actiuas z passiuas añ introductionē forme substātialis q̄ forma est terminus ad quem bz rōnem ad quā. Scđm dictū scđa ꝓductio caret rōne motus bz tñ rationez mutationis z productionis ptz qz mutatio fit in instāti q̄ nō bz rōnē motus q̄ est successiuus bz mutatiōis rōnē qz fit in instāti bz rōnē productionis qz acq̄ritur aliq̄d. Terciū dictū tercia ꝓductio q̄ est ꝓductio filij dei caret rōne motus z mutationis bz tñ rationē ꝓductionis ptz qz deus est inuariabilis z immutabilis ergo nō est motus z mutatio in deo hec etiā dicit imꝑfectionē q̄ non sunt in deo. ¶ Q᷑ aūt sit ibi ꝓductio ptz qz filius producit᷑ a patre vere.

Sexto querit᷑. Utrum creatio dicat mediū aliud inter creatorē z creaturā

Pro maiori declaratione nota ꝓpōes. ¶ Pria nulla ꝓductio alicuiꝰ effectꝰ ab aliq cā scđa dr̄ creari qz creari ē a pmo efficiēte ꝓduci: qz creari terminat ad pmū efficiens ¶ Scđa nulla gn̄abilia z corruptibilia q̄ ꝓducūt᷑ a deo mediātibꝫ causis scđis ꝓprie dicunt᷑ creari ptz qz creari est imediate a deo ꝓduci. ¶ Tercia ē. oēs angli oēs aīe oēs habitus supnaturales z infusi dicunt᷑ creari pz qz imediate ꝓducūt᷑ a deo z post oino nihil. ¶ Quarta est celū empireū materia pma z xp̄s fuerūt creata ptz p ꝓdicta. ¶ Quinta est. Nullus hō ꝓprie est creatura siue ꝓprie dr̄ creari. ptz qz nullꝰ hō imediate ꝓducit᷑ a deo. vñ nec adā zc. Et si inuenit᷑ ꝙ fuit creatꝰ dz expōi. i. factꝰ. ¶ Sexta ē. Cū sacratissimū corpꝰ xp̄i fuerit formatū de purissimis sāguinibꝫ ꝟginis nō fuit creatū. Nota ꝙ corpus xp̄i nō fuit de semie ꝟgīs sz de sāguinibꝫ purissimis ipiꝰ ꝟgis marie. Et sic pz ꝙ corpꝰ xp̄i ꝓprie loq̄ndo n̄ fuit nec ē creatura: qz creatio nihil p̄supponit: pz etiā ꝙ oia elemēta oēs spere celestes oia gn̄abilia z corruptibilia nō dicunt᷑ ꝓprie creari. Creatura q̄ ē aliq̄d ens ꝓductū imediate a deo post oino nihil. Nota ꝙ q̄uis xp̄s nō sit creatura tñ natura hūana in xp̄o ē vere creatura sz illa nō ē xp̄s qz xp̄s ē nomē suppositi qd̄ cōuēit ꝑsone diuine iō est hereticū tenere ꝙ xp̄s in triduo fuit hō qz nō erat ibi hūanitas proprie loq̄ndo qz aīa erat sepata. Et xp̄s cōplectitur duas naturas vnitas. Creator capit᷑ duobus modis pro denominato z pro signato. Primo mō est deus. Scđo mō pro significato dicit aliquez respectū ipsius dei creantis ad creaturā quā creat. ¶ Prima ꝓpositio creator aliq̄n fuit q̄n oino nihil creauit pz qz deus ab etno fuit z n̄ creauit nisi ex tpe. Scđa creator fuit quando non fuit creator. similiter dn̄s fuit quādo nō fuit dominꝰ. Unde August. Constat ꝙ deus factus

est dñs ex tp̄e: quia ab eterno nō habuit
seruū; hereticū est dicere q filiꝰ sm dei/
tatē obediuit vel fuit seruus. Creator
capitur stricte loquēdo pro p̄mo efficiē
te a quo producitur aliud imediate post
oīno nihil. Nota prima ꝓpositio. Deus
nō est creator oīm accipiendo stricte: qr
nō produxit gñabilia z corruptibilia ni
si mediāte causa s. 2a. ¶ Scda ꝓpositio
deus solū est creator angelorꝫ celi empi/
rei aiarū rōnaliū z habituū infusaꝝ ma
terie prime z tpis. Creator large accipi
tur pro p̄mo efficiēte a quo aliqd pduci
tur mediate vel immediate post non esse
siue simplr siue in suo subiecto. ¶ Pria
propositio est q oē aliud a deo nō est
creator. ¶ Scda q deꝰ est creator oīum
rerū visibiliū et inuisibiliū. In scda pte
huiꝰ p̄me distinctionis querit primo.

Septimo querit Utrū

a primo efficiēte potuerit vel debuerit
esse rerū multitudo. Resolutio stat in
quattuor ꝓpositionibꝫ. ¶ Prima ꝓpo/
sitio multitudo siue distinctio rerū cre
atarum nō potuit esse a primo p̄ncipio
causali materiali. probat: qr omis mate
ria cuiuscūqꝫ rei materialis sm se z nu/
da est eiusdē speciei cū altera materia ḡ
non principiū distinctiuū. Nā in funda
mento nature nihil est distinctū vt dicit
phs. ¶ Scda ꝓpositio multitudo siue
distinctio formalis z intrinseca rerū ve/
nit a primo p̄ncipio formali intrinseco
rerū patꝫ qr actus distinguit z separat
Actus id ē forma ḡ z nō nisi intrinsece.
Uñ dicit phs q mēbra leonis nō distin
guunt nisi ab aīa z etiā cerui. ¶ Tercia
siue multitudo rerū extrinseca z cālis ve
nit a p̄mo efficiēte summe vno ptꝫ p pre
dicta qr a q̄cūqꝫ res hꝫ esse in gñe cause
efficiētis ab eodē z distinctionē suā ha/
buit. ¶ Quarta est q mltitudo siue di/
stinctio rerū extrinseca et cālis venit ab
vltimo fine q̄ est idē cū p̄mo efficiēte ptꝫ
p p̄dicta qr a q̄cūqꝫ habuit eē in gñe cāe
formalis ab eodē z distinctionē. Nulla
creatura est summe simplex sꝫ solus deꝰ
est sūme simplex. ¶ Quinta est. De dif/
ferētijs sm q̄s res sunt multiplicate:

Octauo querit. Utrū

hec distinctio debeat esse in vniuerso et
vtrū sit ꝯueniēs. Et ponit talis ꝯclusio
Ad ꝑfectionē vniuersi reqrit triplex ge
nus rerū scꝫ q aliq̄ sit corpalis: alia spu/
alis: alia cōposita ex vtraqꝫ vt elemēta.
Alia ꝯclusio ꝑfectio vniuersi cōsistit in
amplitudine ambitꝰ in sufficiētia ordi/
nis z in influētia bonitatꝭ. ¶ Tercia cō
clusio q ista triplex ꝑfectio vniuersi oñ
dit triplicē ꝑfectionē in summo ꝯditore
Nā amplitudo oñdit sufficiētiā poten/
tie oñdit sapientia in ordine et bonitas
in diffusionē sui. Ordo dicit supmū me
diū z infimū in rebus creatis: supmū est
natura angelica: infimū ē materia p̄ma
q̄ est infimū in gñe sube sꝫ nō respectu ac
cidentiū scdo est nobilior oī accnte. Me
diū est corpꝰ aiatū p̄cipue hō. ¶ Nota
q lꝫ multi sint modi participādi deū tñ
supmꝰ modus est participare p visionē
z fruitionē: z hec pticipatio solis conue/
nit creaturis rationalibꝫ z intellectua/
libꝰ. Oīa creata sunt ad oñdendū boni
tatē z magnificentiā dei. Aut ad ptici/
pandū. Oīs creatura manifestat potē/
tiā z gl'iam z bonitatē dei. Sole creatu
re rōnales z intellectiue sunt facte ꝓpter
bonitatē dei pticipandū in se z absolute
qđ est attingētis visionē z fruitionē qđ
solū ꝯuenit p̄dictis. Oēs alie creature
facte sunt in obsequiuꝫ participantibꝫ.
Nota pro textu aliq̄s propositiones.
¶ Prima q in ꝯiūctione rōnalis aie cuꝫ
corpe ē maxima ꝓportio tā absolute q̄s
in relatione ad vltimū finem. Absolute
pꝫ p scdaꝫ ꝓpositionē q̄ est q̄uis supmū
spūs z infimū corpis multā habeāt elon
gationē tñ supmū corpis z infimū spūs
maximā hñt vicinitatē pꝫ in textu. Aia
est p̄ncipiū q̄ viuimꝰ: p̄ncipiū q̄ sentimꝰ

q scdm locu mouemur: quo intelligim⁹ primum. hec diffinitio phi est de anima. Alia diffinitio. Aia e act⁹ corporis organici phici potentia vitam habentis. ¶ Nota q differentia est inter spiritum et animam. Spus est aliquod corpus subtile no habens magnam corpulentiam. Hec diffinitio est comunis spiritibus vitalibus naturalibus et aialibus. hoc mo no est aia: sed corpus. Spus vitalis habet pncipiu in corde naturalis in epate. aialis in cerebro Spus vitalis est quodda corpus subtile necessario dispones ad vita. Unde in corpore aiato sut queda corpora parua et subtilia sine qbus aia non pot viuificare corpus et pmo oriunt in corde et non sunt cotigui licet sint cotigui cordi: sed mittunt ad cerebru et p alia mebra et semper sunt in motu. Spus naturales sunt corpora subtilia disponentia ad corporis complexiones eqles. Spus aiales sunt corpora subtilia disponentia corpus vt animetur a forma. i. aia ronali. Isti spirit⁹ dicunt nexus et vincula quia p ipsos aia innectitur et vinculat ad corpus. Nota q p trigonu intelligit triangulus a tris q est tres et angulus: tetragonu est quadrangulus a tetra q est qtuor. panthagonum qnquangulus a patha q est qnqz. ¶ Duplex est ronabile vnu vnibile materie et hoc necessario includit naturam aialis. Aliud no est vnibile materie et h no includit aial et talis est angelus.

Queritur nono. Quis

finis sit pncipalior coditionis reru vtru diuina gloria vel vtilitas nostra. Nota q finis capit qnqz modis. ¶ Primo mo pro causa finali pter qua res creatur. et sic de⁹ est finis oim reru. Sapie. Omnia preter seipsum fecit altissimus Et hoc modo capitur in questione nostra. De hoc fine dicitur Apocalips. i. Ego sum alpha et o inicium et finis. Et est duplex finis. Unus principalis et alius minus principalis. i. finis sub fine et hoc mo omnia facta sunt pter electos ¶ Scdo mo capit finis p pfectione formali et vltima alicui⁹ rei ad qua res ordinatur et sic beatitudo et visio dei est finis rationalis creature et sic dr finis hominis beatitudo. ¶ Tercio mo capitur finis pro optimo alicui⁹ generis q continetur sub code genere et hoc mo optima spes contenta sub aliquo genere e finis oim ptentorum sub illo genere: vt ho est finis oim aialiu ¶ Quarto mo capitur finis p vltimo alicui⁹ rei: vt termin⁹ alicuius rei est finis eius vt mors est finis hominis. ¶ Quinto mo capit finis p obiecto attingibili p operatione alicui⁹ potentie et sic deus e finis humane metis quia attingim⁹ deu p intellectu et dilectione et visione si bene vixerim⁹. Concludedo g q licet deus sit finis. i. ca oim creaturarum ipse tn solu est finis attingendus a creatura ronali. ¶ Resolutio qonis stat in qtuor ppositionibus. Prima ppo est finis pductois oim reru principalior est bonitas diuina et non vtilitas nostra p batur p sapiente. Omia pter seipsum creauit altissim⁹. ¶ Secuda ppo. de⁹ no condidit res pter bonitate sua augmetanda patet qr deo nihil accrescit pter multitudine creaturaru. ¶ Tercia ppo Deus codidit oes res pter bonitatem sua ostendenda patet quia creata ostendunt bonitate dei. ¶ Quarta ppo. deus creauit pncipalit natura intellectualem siue ronale pter bonitate pticipandam angeli eni et hoies facti sunt pter pticipationem bonitatis dei. Dico g q nulla vtilitate creature facte a deo sunt vtiliores deo loqndo de vtraqz vtilitate pz de pma quia no regut deu. de scda patet qr deus no indiget de nobis. Bonorum meorum no indiges. ps. xv. Deus non creauit creatura pter vtilitate sua sed solum pter nostra. g deus creauit omnes res pter vtilitate gubernationis dignitatis et pfectionis quia creauit res pter vtilitatem rerum.

Queritur decimo. Utrum natura pure spiritualis dignitate nature precellit naturam compositam ex corporali et spirituali. Nota quod angelus et homo possunt considerari dupliciter. Uno modo quantum ad esse nature et sic minimus angelus est nobilior suprema intellectiua. Alio modo capiuntur quantum ad esse gratie et sic non omnes angeli sunt nobiliores omnibus hominibus immo natura humana in christo et virgine est nobilior omni spiritu angelico. ¶ Correlarium. Anima christi est nobilior in donis gratuitis simpliciter quam omnes angeli simul sumpti ¶ Prima propositio. humanitas christi est nobilior omnibus angelis simul sumptis ¶ Secunda propositio. Uirgo gloriosa est nobilior in donis gratuitis quam omnes angeli de christo indubitanter teneo quod gratia christi excedit omnes alias gratias. Credo tamen pie quod virgo maria habet omnem gratiam quam omnes angeli habent simul. Ideo dicitur regina celorum domina angelorum. Quod in utroque sexu fecit deus superare angelos quantum ad gratuita. In sexu masculino est christus. In feminino est beata virgo maria. ¶ Prima propositio. Nota quod natura mere spiritualis cuiusmodi est angelus precellit dignitate omnem creaturam corporalem. ¶ Secunda propositio. Natura composita ex spirituali et corporali ut homo precellit omnem creaturam mere corporalem. Nota quod ruina angelorum vel reparatio ciuitatis superne non est causa finalis conditionis hominis quia homo eque bene fuisset productus si angeli non ruissent.

Queritur vndecimo. Utrum angelus et anima differunt specie tamen vel numero. Respondeo quod angelus et anima specie differant que sit autem illa differentia queritur iam. Nunc autem iuxta communem positionem omnium tenendum est quod essentialiter differant et in genere sive. Unde concedende sunt rationes probantes angelum et animam esse specie differentes. eo modo quo licet dicere animam rationalem esse speciem. Nam proprie loquendo potius est forma speciei siue pars formalis quam species extenso tamen nomine potest species appellari.

Queritur duodecimo. Que sit illa differentia per quam angelus et anima differunt. Notandum quod triplex est angelus Angelus officiorum est qui licet nuncius missus a deo ad homines propter aliqua misteria implenda circa homines. Mal. iij. Ecce ego mitto angelum meum. Beatus etiam franciscus est angelus habens signum dei viui. Christus etiam vocatur magni consilij angelus. Angelus dignitate et sic est sacerdos consecrans corpus christi. Mal. ij. Labia sacerdotis. Angelus est natura licet essentia diuina sit summa natura intellectualis tamen non potest dici angelus quia angelus est finitus. Nulla anima rationalis intellectualis quantumcunque sit perfecta potest dici angelus natura quia non est sibi completa. Diffinitio. Angelus est natura intellectualis finita completa incorporea simplex et mere spiritualis et hoc modo est questio presens. Diffinitio anime. Anima intellectualis est natura intellectualis finita incompleta constitutiua hominis in esse specifico et ultimate perfecto simplex et mere spiritualis. Ex his patet quod nulla anima sensitiua vel vegetatiua precise sumpta potest dici anima rationalis. patet etiam quod licet anima rationalis contineat virtualiter sensitiuam vegetatiuam non tamen formaliter. Ideo in homine non sunt tres anime distincte ¶ Respondet bonauentura per tres propositiones. ¶ Prima propositio. Animam uniri corpori humano in ratione forme informantis nihil aliud est quam viuificare illud corpus hoc non potest angelus. ¶ Secunda propositio. Iste actus qui est viuificare corpus humanum non est accidens patet quia unio qua anima unitur corpori non est accidens sed est vita hominis nec aduenit post esse completum sed confert esse completum. ¶ Tercia propositio. Uiuificare corpus humanum non est accidens patet quia viuo importat actum nobilem. Ex quo sequitur quarta propositio. quod angelus et anima distinguuntur specie per hoc quod est viuificare corpus et non viuificare corpus. Et sic argumenta scoti nihil valent contra doctorem seraphicum.

Circa secundā di stinctionē in q̄ mgr tractat de pductione rerū. Primo querit de spūali pductione .s. de angelis. Utrū spūalia habeāt mensurā ppriā. Rñdeo dicēdū q sic. Et si queras q̄ sit illa. Rñdendū fm sctōs et phos q dr eternitas creata aut euū. sed qm̄ eternitas pprie accipit pro increato z euū frequēter accipit pro tpe. Ideo pprio noie pt euiternitas appellari. Sic rñdendū est si queraf de mēsura q̄ respicit ipm esse spūale creature esse inquam imutabile z ppetuū. Si autē q̄ratur de mēsura angelicarū affectōnū. Utrū illa sit a tpe diuersa hoc habebit qōnē infra. Nunc aūt planū est q illa mēsura q̄ dicitur euiternitas. Uariatōnē affectuū nō mēsurat vt dicit Aug⁹. ad orosiū. Euū eīn solius esse incōmutabilis est mēsura Concedendū est igit q aliq̄ mō spūalia hñt mensurā ppriā respectu tpis z tpalium. ¶ Notandū q spūale capit dupl'r Primo mō p denoiato z sic nihil aliud ē q̄ res hñs aliquē spm. Et hoc mō nō solum angeli dicunt spūales sed etiā hō est res spūalis q2 hz spm. Isto mō nō capit in qōne. Alio mō capit pro p se signato spūali. z sic idez est q ipse spūs. Nota q spūale est ɔcretū z spūs abstractū. Hoc mō capit in qōne. Spūs diuidit in spm increatū z creatū. Prim⁹ est de⁹. Scōs est creatura. Dicit spūs vno modo a spirante z sic cōuenit trib⁹ psonis. Alio mō dicit a spirando actiue z sic cōuenit duobus personis tm̄ scz pri z filio. Alio modo dicit spirari passiue z sic cōuenit spiritui sancto tm̄. Et fm h capit spūs icreatus tripl'r scz essentialiter nocionaliter z psonaliter. primū trib⁹ psonis. secūdū duobus psonis actiue. terciū spūissācto passiue. Alius spūs dicit creatus: quidē est corporeus alius incorporeus de istis duob⁹ potest esse questio ¶ Nota q quadruplex est mensura pma est eternitas. Est mēsura durationis cuiuslibet entis nō habentis pncipiū neq̄ finem z sic solum conuenit deo fm Boetiū. Est interminabilis vite tota simul et pfecta possessio. omēs eīn creature dependēt a deo habēt pfectam possessionē. ¶ Scda mensura est euū vel euiternitas z sic pōt describi. Euū est mensura p se cuiuslibz entis pmanentis habentis principiū sed nō finē sue durationis. Euum est mensura nunq̄ deficientis sed potentis deficere. Tempus est mensura rei potentis deficere z de facto deficientis. Eternitas est mensura nunq̄ deficientis nec potentis deficere. Instans est mēsura cuiuslibet rei que tm̄ durat per vnū instans vt mutatū esse dicendo. Angeli habere mēsuram diuersam z ppriā distinctā a tempore qd est mensura rerū corporalium. Hoc pōt intelligi dupliciter. Uno modo loquendo de diuersitate mensure in genere mensure intrinsece que est subiectiue mensura rat vt latitudo z profunditas rei sunt mensura intrinseca. Locus est mensura extrinseca locati. Alio modo de diuersitate in genere entis possibile est. Et sic est q aliqua sunt diuersa in genere mensure z nō erunt diuersa in genere entis patet quia eadem superficies corporis cōtinentis est mensura intrinseca corporis continentis z extrinseca corporis contenti.

¶ Queritur. Utrum angelorum z corporalium sit eadem mensura fm substātiam vel entitatem. Respondeo q spiritualia habent mensuraz entis vniformiter se habentis. econtra corporalia quia mensurantur tempore. Triplices sunt potentie. Intellectiua. Affectiua. z motiua. Potentie affectiue correspondent operationes voluntatis. Angeli quantum ad affectiones suas non mensurantur euo sed tempore. Temp⁹ accipitur a sanctis quatuor modis. Communiter

Communissime ppꝛie ꝛ magis ꝓpꝛie. Tēpus cōmunissime acceptū ē mensura cuiuslibet rei create ꝛ sic continet sub se euum. Alio mō capit cōmuniter ppꝛie ꝓ mēsura cuiuslibet mutationis siue subita siue successiua: ꝛ sic gn̄atio est in tēpore ꝛ creatio ꝛ sic accipit illud. In principio creauit deus.i. in inicio. Tercio capitur tp̄s ppꝛie ꝛ est mensura cuiuslibet mutationis successiue siue cōtinuata siue nō: ꝛ sic affectiones angeloꝝ mēsurantur tpe. Quarto capitur magis ppꝛie: ꝛ sic est mēsura ꝑmi mobilis.

Querit secundo. Utrū

spūalia habeant vnā mensurā ꝑ essentiā hoc est querere. Utrū sit vnū euū omniū euiternoꝝ. Resolutio stat in duabꝫ cōclusionibꝫ. Prima ē ꝙ essentia diuina ꝑfectissima ē mensura extrinseca extra genus oīm rerū creatarum in omni genere mēsure inquātū cōtinet excellenter perfectōes oīm creaturarū. Scđa cōclusio est ꝙ p̄ter tēpus ꝛ p̄ter euū sunt alie mēsure. Pro decisione q̄stionis. Nota ꝙ sicut se habet euiternū ad euū. ita se habꝫ tpale ad tēpus. Et quia pħs facit qōnē vtrū sit vnū tp̄s oīm tpaliū. Ideo rn̄sio doctoris ꝛ resolutio stat i tribꝫ ppōnibꝫ quarū Prima quot sunt euiterna nūero distincta tot sunt eua numero distincta patet qꝛ cuilibet euiterno corꝛespondet suū ppꝛiū euū. ¶ Scđa ppō oīm euiternoꝝ vnū est euū qđ est mensura extrinseca extra genꝰ simpl'r scꝫ deus. ¶ Tercia ꝓpositio. oīm euiternoꝝ est vnū euū qđ est mensura extrinseca in genere omniū euiternoꝝ qđ scꝫ est nobilissimū ens sub deo. Nota ꝙ aliq̄ esse simul pōt intelligi dupl'r. Primo mō ꝑ mēsurarū cōicantiū Alio mō ꝑ mensure idēptitatē. Illa dicuntur esse sil' ꝑ cōicantiā quoꝝ mēsure cōicant. i. sil' currūt vel sil' sunt vt euiternitas angeli ꝛ eternitas dei et tp̄s eq̄ sil' sunt. Illa dicunt sil' ꝑ mēsure idēptitatē seu indifferētiā vt petrus ꝛ paulus ꝛ alii nus qui habent vnā mensurā duratōnis scꝫ tēpus quo mensurantur.

Querit tercio. Utrum

spiritualia habeāt mensurā permanētē vel successiuā. ¶ Nota ꝓ Rn̄sione qōnis q̄tuoꝛ ppōnes. Prima ppō. In euo formal'r ꝛ real'r est inuenire ꝑus et posteriꝰ ex q̄ seq̄tur Rn̄sio ad q̄stionē scꝫ ꝙ euū mensura euiternoꝝ est q̄d successiuū ptꝫ hoc quia fm Jeronimū tm̄ deus est qui nō nouit fuisse vel foꝛe. ergo angelus est q̄ nō nouit fuisse ꝛ foꝛe ꝛ ꝑ ꝯn̄s habet mēsurā successiuā: Itē anselmꝰ exponens illud. Dn̄s regnabit in eternum ꝛ vltra. dicit ꝙ dn̄s nō regnabit vltra in eternuꝫ q̄si post finē eternitatis debeat regnare: quia eternū nō habet finē: sed intelligit ꝙ eternitas increata ē tota simul. ꝛ euiternitas creata.i. euum nō est tota sil'. ¶ Nota ꝙ ista est falsa de rigoꝛe sermonis. Deus diutius fuit hodie q̄ꝫ heri vel vltra mille ānos quia duratio dei est tota simul. ¶ Scđa ꝓpositio. Alia est successio in euo formal'r ꝛ alia est in tpe formaliter ꝛ sic ꝙ distinguunt specie. patet quia successio in tpe est cum variatione. Successio in euo dicit solū durationem sine variatione ꝛ innouatione. ergo seq̄tur quia sūt alia ꝛ alia specie. ¶ Tercia ꝓpositio. Sicut aliter radius ꝓcedit a sole. aliter riuulus a fonte. Ita est alia successio formal'r in tpe et alia successio in euo. Radius solis pꝛocedit a sole nō cum successione quasi aliud ꝛ aliud lumen: sed est successio vel pꝛogressio. id est conseruatio. Riuulus pꝛocedit a fonte. per continuā renouationē. Similiter in motu ꝛ tempoꝛe semꝑ est innouatio per acquisitionē ꝛ deperditionē. Angeli autem habent esse qđ continue dependent a deo conseruante. Et hec dependentia est eius duratio ꝛ euum.

¶ Quarta ꝓpositio. Licet spiritualia habeant totū esse simul. nō tn̄ habent totam durationē simul. sꝫ ꝯtinue depēdēt

primum patet qꝛ esse cuiuslibet rei spūalis est indiuisibile ergo hñt totū simul. Non tñ hñt totā durationē simul: qꝛ si deus nō ꝯtinuaret statim desinerēt esse.

Quarto querit. Utrum

euū pcedat tēpus aliq̄ prioritatis genere. Resolutio. q. stat in istis ppōnibus. ¶ Prima ppō. In q̄libet motu tres entitates sunt ꝯsiderande. entitas mot⁹. entitas mobilis et duratio successiua illi⁹ motus. ¶ Scda ppō. tēpus nō est realr ipe mot⁹: sed distinguit realr ꝛ eētialr ab ipso: pꝫ quia mensura ꝛ mēsuratū distinguunt. g. ¶ Tercia ppō. tēpus nihil aliud ē realr ꝙ duratio successiua ipsi⁹ mot⁹ existens realr et subiectiue in ipso motu. ¶ Quarta ppō. Sicut lōgitudo extensionis est q̄dā quantitas pmanens existens subiectiue in corpore longo a q̄ formalr ipm corpus dr longū. sic tēpus est duratio successiua existens formaliter i ipo motu ꝛ subiectiue a qua formaliter dr mot⁹ durare. Ex istis sequitur diffinitio tpis. Tēpus est quātitas continua successiua habens aliquas partes q̄ sunt pteritū ꝛ futurū copulatas ad instans tanꝙ indiuisibile. Nec deus possꝫ facere tps sine ipso instanti. ergo tēpus existit propter instans.

Quinto querit. Utrum

inter tps ꝛ euū sit aliq̄ mensura media. Resolutio. q. stat in trib⁹ dictis. ¶ Primum. Iste mot⁹ primi mobilis ꝛ tps qđ est in eo non fuit creatus in inicio creature. ¶ Scdm dictū. Post diē iudicij cessabit motus ꝛ tps qđ est in eo. ¶ Terciuꝫ dictū. Succedentia tormēta in inferno ꝛ intellectiōes angeloꝝ post iudiciū non mensurant tpe stricte capto. ¶ Prima ppositio. Uariatio i tormētis ꝛ in intellectu archanico nō mēsurat tpe nec euo sꝫ mensura media. pꝫ ex pdictis ꝙ mēsura media vocat a bonauētura seculū. ¶ Secunda ppō. Inter euū ꝛ tps ppꝛie dictū nō est aliqđ mediū ſm rem. sꝫ tm̄ ſm rationē. Patet ex dictis aliqd mediare inter tēpus ꝛ euum pōt intelligi dupr. Uno modo in rōne mensure ꝛ sic nihil mediat Alio mō in rōne mēsurati ꝛ sic ē mediū qꝛ vt angelus q̄ mensurat vtroqꝫ. Euo q̄ ad substantiā. Tpe quo ad actiones.

Querit sexto. Utrum

spūales substātie ꝛ corporales simul sint create. Primo mōdo dr simul eternitate: q̄ scꝫ nō habet pncipiū duratōis neqꝫ finē sue duratōis sed sp fuerūt ꝛ erūt. ꝛ nihil creatū est sic sed tm̄ tres psone in diuinis sunt simul hoc mō. ¶ Scdo mō dr simul tpe quoꝝ duratio vni⁹ incipit simul cuꝫ duratione alteri⁹ ꝛ ecōtra. vel desinit. et ecōtra. vel illa simul sunt quoꝝ duratōes sūt simul: de hac simultate tpis est questio nostra. ¶ Tercio mō dr simul q̄ sic pducunt ab eadeꝫ causa vel diuersis in eodē tpe vt si arbor pducit flores simul igit sunt simul origine. De hoc etiā pōt intelligi qō nr̄a. ¶ Quarto mō dr simul electione q̄ sic se hnt ꝙ vnū nō est eligibilius alio. ¶ Quinto mō dr simul diuisione q̄ simul ꝛ semel diuidunt vnū supius vt due dr̄e diuisiue generis dicunt simul ¶ Sexto mō dr simul natura quoꝝ vnū nō pōt consistere sine alio. nec ecōtra nec vnū est causa alterius. Uñ ad hoc ꝙ aliqua dicunt simul natura duo reqruntur. Primū ꝙ vnū possit esse alio vt relatiua Scdm ꝙ vnū nō sit causa alteri⁹ qꝛ ois causa ē prior natura suo effectu. ¶ Septimo modo dr simul communitate q̄ sunt essentialis cōitatis sic ꝙ ꝯuertuntur ad inuicē vt subiectū et ppria passio. Resolutio qōnis ponit supius. In principio deus creauit q̄tuor simul. scꝫ celū empyreum. angelicā naturā. materiā ꝛ tēpus ¶ De celo empyreo ꝙtum ad quidditatem queritur.

Querit septimo. Utrū

celū empyreū sit ꝛ si sit cuiusmodi sit na

ture. Rñdeo q᷑ q̄uis sancti parū loquū tur de hoc sc3 celo q2 latet nr̄os sensus. z ph̄i adhuc min⁹. tñ est ponere celū empyreū. sic dicit sacra scriptura. In principio creauit deus celū. Strab⁹ exponit de celo empyreo. Et hoc p̄suadet rō finis triplex. Una ē pfectio vniuersi. Alia ē ppt motū firmamēti. Tercia p̄ncipal' ppter habitatione hōis beati. Et q̄m finis imponit necessitatē his q̄ sunt ad finē ppt pfectionē vniuersi necesse ē ip̄m esse vniforme: quia cū sit celū luminosum difforme. si nō esset vniforme: non esset vniuersum cōpletū. ppter motū firmamēti ponendū est ip̄m imobile: vt motus mobil' fiat circa imobile. sc3 centrū: z intra continens mobile z locans sc3 empyreū. ppt habitaculū hōis beati ponēdū est ipsu3 luminositatis pfecte: vt habitatio congruat suo habitatori. Ex his p̄ colligit' quare sit factū z cui⁹ sit dispositionis inter alias quia vniforme z immobile z luminositatis pfecte. Job. xxxviij. Cū me laudarēt astra matutina. Astra ei⁹ erūt hōies beati z quasi sol ei⁹ erit agnus dei nō eget sole.

Querit' octauo. Utru3

empyreū influat in hec inferiora an non. Rñdeo dicēdū videt' q᷑ cū celū empyreū sit p̄mū creatū inter corpora qd̄ ē maximū mobile ex v̄tute q2 ē maximū mobile oīa corpora locat p ambitū z cōtinentiā. Quia maximū v̄tute cetera vegetat et cōseruat per suā influentiā. Quia est locus spiritualiu3 substantiarū. locus em̄ corpoꝝ glorificatoꝝ: z q̄m cōuenientia ē loci ad locatū vel manifesta vel occulta videtur influentia illius celi esse cōsona corporib⁹ nostris z animab⁹ amica: non rōne sui sed ratione suoꝝ corpoꝝ que p̄ficiunt z informant. cōcedende ergo sunt rōnes ad hoc adducte.

Questio nona Utrum

loci corporalis sit locare angelos hoc ē. vtrum angeli sint in celo empyreo corporeo. Termin⁹ declarandus ē locus. Dico q᷑ locus est duplex quidē sp̄ualis. ali⁹ corporalis. Sp̄ualis est duplex quidem cōseruatiuus locati. Alius limitatiuus vel descriptiuus. Locus cōseruatiuus est ipsa virtus diuina cōtinens z conseruans z gubernans oīa Unde scriptū est Sp̄us dñi repleuit orbem terrarū z hoc qd̄ cōtinet omnia: scientia3 habet vocis. Hoc qd̄ continet hoc e tenet' substantiue z infert ens sc3 spirit⁹ dñi quod cōtinet omnia. Deus ē in omni loco presentialiter potentialiter z essentialiter. p̄sencialiter quia clare videt omia z omnia presentia sunt eius conspectui. Potentiali'r quia cōseruat cōtinue. Essentialiter. i. per ppriam naturā vbiq3 est: nec amplius est in celo q̄ in inferno. Alius est locus sp̄ualis limitatiu⁹ vel circūscriptiuus: z sic ppria finitas vel limitatio cuiuslibet rei est eius locus z sic limitatio angeli est locus eius sp̄ualis. Alius ē locus corporalis z hic pōt capi duob⁹ modis. Uno mō fundamental'r. Alio modo formaliter. Primo mō est superficies cōcaua corporis continentis locatū z sic est quātitas quia est superficies. Secūdo modo sc3 formal'r est respectus extrinsecus adueniens fundat⁹ in superficie concaua continente z terminatus ad locatum z est de genere vbi. ¶ Nota q᷑ aliud esse in loco potest intelligi quadrupliciter. Primo modo circūscriptiue. Scd̄o modo diffinitiue. Tercio modo sacramentaliter. Quarto modo immēsiue. z conscriptiue quādo totus locus correspondet toti locato z quelibet pars loci cuilibet parti locati. hoc modo corpus est in loco. Diffinitiue in loco est qd̄ est p̄sens alicui loco per realem presentiā z existen tiam sic tamen q᷑ quando est in illo loco per sua3 potentiā naturalem non potest esse in alio loco et sic angelus est in loco qui sic p̄sens est vni loco q᷑ nō est in alio non tamen circūscribitur loco quia non

Circa decimā di/stinctionē querit. Utrū ali/qui angeli mittant. Scien/dum q missio ē duplex acti/ua z passiua. Actiua dicit respectū mit/tentis ad missū. Passiua dicit respectū missi ad mittentē. prima ē subiectiue in mittente. scđa i misso. De scđa est q̄stio ¶ Missio passiua in creaturis pōt cōpa/rari ad tria scȝ ad principiū. terminū et missum. Qñ missio cōparat ad suū prin/cipium scȝ mittentem potest comparari ad ipsum sub triplici habitudine. Uno mō vt tanq̄ a dante esse vt radius solis mittit a sole. Scđo mō ad ipm mittentē tanq̄ ad dantē virtutē sicut iaculū mit/titur a proiectore. Tercio mō ad ipsum mittentē tanq̄ ad dantē iurisditionem misso z potestatē sicut mittitur nuncius a pceptore z c. Tribꝰ modis mittunt a deo ad nos angeli beati: qꝛ habēt z esse z vir/tutem z potestatē siue iurisditionē quia mittunt a deo sicut radius a sole: sicut iaculum mittitur a proiectore cōtra de/mones. Missio autē passiua pōt compa/rari ad finē tanq̄ ad locū. vt lapis mit/titur ad quiescendum in eo. vł tanq̄ ali/quid possidendū sicut donum mittitur amico ad possidendū. Uel tercio tanq̄ ad operandum sicut baliuus mittitur a rege ad faciendū iudiciū. his tribꝰ mo/dis mittuntur ad nos beati angeli quia frequenter nobiscū morantur z dant do/cumentum siue instructionē z ad operan/dum: z etiā vt ipsos possideamus sicut amicꝰ possidet amicū. Missio etiā passi/ua comparata ad missū dicit triplices habitudines imperfectionis. ¶ Primo comparat missio ad missum sub ratione separationis. ¶ Scđo sub rōne mutatio/nis. Si em̄ mittitur romam non est hic. ¶ Tercio sub rōne subiectionis quia q̄ mittitur subiacet autoritati mittentis. ¶ Resolutio tribꝰ modis angeli beati mittuntur ad nos. Separant non a deo qui vbiq̄ est: sed solum a celo empyreo. Mittunt etiā z deo subijciunt. Mutant etiam de loco ad locum alium.

Querit secundo. Utrū omniū angelorꝫ sit mitti. ¶ Notandum q duplex est missio angelorum. Que/dam est interior. Quedam exterior: et est qua angeli mittuntur ad nos reue/landum nobis mysteria vel voluntatē dei. Interior est qua aliq̄ angeli mittun/tur ad alios angelos ipsos interius illu/minando de agendis vel explendis circa homines et hoc propter homines. et hoc modo conueniunt q angeli supreme ie/rarchie mittuntur ad angelos ierarchie medie. medij autē illuminant inferiores z hec missio est propter nos: z etiam exte/rior. Unde apostolus ad hebreos deci/mo. Omnes sunt administratorꝫ spiri/tus. ¶ Resolutio stat in tribꝰ sequentibꝰ ppositionibus. ¶ Prima ppositio. No/ta q omnes angeli mittunt ad nos mis/sione exteriori. ¶ Secunda propositio. Angeli vero de suprema ierarchia com/muniter z regulariter mittuntur ad me/dios z medij ad inferiores missione inte/riori. Deus em̄ ita ordinauit regulari/ter q prius reuelauit secreta sua supre/mis angelis. z supremi medijs: z ipsi inf

mis. Ita q᷑ p᷑us illuminatur anima xp̄i que ab instanti creationis sue fuit perfecte illuminata a beatissima trinitate: et post reuelat sue matri ꝛ mater christi ipsis seraphin ꝛ ipi seraphin cherubin ꝛc̄. ꝛ sic cōsequenter. ¶ Tercia ꝓpositio. Omnes angeli cuiuscunq; ierarchie mittuntur vel missione interiori ꝓpter nos. vel exteriori ad nos. qualiter mittūtur communiter angeli vltime ierarchie ꝛ sic saluantur autoritates apostoli ꝛ dionisij ꝛ concordātur. Dionisius dicit de missione exteriori. Ap̄l'us aūt de interiori. Et sic interiori vel exteriori mittūtur missiōe. ꝛ sic vtrūq; dicit veruꝫ. Pōt etiā dici q᷑ quinq; ordines mittuntur regulariter exterius scꝫ potestates ad repellendū aduersarios. Virtutes ad operanduꝫ que dominationes dictant facienda pro bono regimine vniuersi. et principatus ad custodiam regum ꝛ principum. Archangeli autē ad custodiaꝫ prouinciarū siue cōmunitatū. Et demū angeli ad custodiam singularis persone. Alij autē superiores mittuntur ad intra sic q᷑ dominationes sunt vltimi qui mittuntur interius Potest etiā dici q᷑ gabriel fuit de supremis ordinib᷒. Omnes autē angeli sunt nobis in adiutorium ꝛ nos omnes adiuuant vel mediate vel immediate siue in ministrandis reuelationib᷒ siue in perferendis nostris orationibus. Dum enim agmina suprema que sunt nobis necessaria agminib᷒ inferioribus reuelant ꝛ dū simul cum illis pro nobis ad deum interpellant ꝛ petitiones nostras deo offerunt.

Queritur tercio. Utrum

mittantur ad inflāmandū affectum nostrum. Responsio. Dicendū q᷑ affectuꝫ nostrum inflāmari ab aliquo potest intelligi dupliciter. Uno modo tanq̄ a principali agente ꝛ efficiente ꝛ hoc modo voluntas nostra a nullo potest inflāmari nisi ab ipso deo qui nos principaliter inflāmat igne sui amoris. ¶ Secundo modo tanq̄ ab excitāte vel adiuuante ꝛ hoc modo affectus noster inflāmatur a beatis angelis. Et sic respondetur ad questioneꝫ q᷑ beati angeli mittuntur a deo ad inflāmandū affectum nostrum instrumentaliter ꝛ applicatiue qui applicant voluntati nostre beneficia dei ꝛ bonas inspirationes dando et bona documenta. Qui autem inflāmat principaliter est ipsemet deus. ſm illud. Deus noster ignis consumans est.

Queritur quarto. Utruꝫ

angelus mittatur ad illuminandum nostrum intellectum. Quid est illuminatio angelica. Est quedā edoctio intellectualis ministerialiter ab angelo illuminante procedens: respectu veri reuelati antea nesciti ab illo qui dicitur illuminari. ¶ Resolutio stat in sequētib᷒ ꝓpositionib᷒. ¶ Prima ꝓpō. Illumiatio angeli illuminati nō pertinet ad augmētū iusticie sue voluntatis sed noticie intellectualis. prima pars patet quia angel᷒ illuminatus post illuminationē non est iustior q̄ ante nec purgatur ab aliqua iniusticia. Secūda pars patet: quia quandocunq; aliquis illuminatur de aliquo cognoscit quod prius non cognoscebat. ¶ Secunda ꝓpositio. Nullus angelus potest illuminare principaliter aliū angelum nec hominem saltem quantū ad portionem superiorem: licet bene ministerialiter. Patet per Augustinū dicētē q᷑ solus deus est lux mentium rationalium ꝛ hoc intelligitur p̄ncipaliter. Et Johannis primo. Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundū. Ubi dicit Augustinus q᷑ sola lux eterna ꝛ increata illuminat mentem nostram principaliter.

¶ Tercia propositio est. Licet locutio possit esse indifferenter de vero et falso: tam in hominib᷒ q̄ā demonibus.

Illuminatio tñ est semp de vero: qz nul/lus est illuminat⁹ cognoscẽdo ad falsum ¶ Quarta ꝓpositio. Nulla cognitio q̃ habet de aliquo obiecto in genere ꝓpzio z virtute intellectus nr̃i. i. nulla facta re uelatione debet dici illuminatio. Ita ꝙ ponit reuelatio ad differẽtiã cognitõis naturalis. ¶ Quinta ꝓpositio est. Licet aliq̃ locutio possit eẽ de cognitis z mani festis illi cui fit locutõ. illumiatio tamẽ nõ nisi de ꝑus nescitis. Et ex his pz diffi nitio. Resolo stat i ꝓpõib. ¶ Pria ꝓpõ. Solus deus põt illuminare animã no/stram vel intelligentiã nostrã ẽtum ad portionem superiorẽ sit in pluribꝫ locis ostendit Aug⁹. in libro. lxxxiij. q. Men/tem dicim⁹ que ita ad imaginẽ dei facta est z in media et a prima veritate formet z in pluribꝫ dñ ꝙ inter mentẽ z deũ nihil cadit mediũ. ergo cũ intelligentia atten ditur ſm aĩe suprẽmũ videt ꝙ nõ possit illuminari ab angelo. Et glosa sup illõ pñ. Manus tue dñe fecerũt me. Per se metipsum irradiat pias mẽtes. Nota ꝙ actus ierarchici qui competunt vel pñt cõpetere cuilibet ordini de qualibet ie/rarchia sunt in triplici differẽtia. ¶ Pri mo põt dici ꝙ sunt visio fruitio z tentio penes intelligentiã voluntatez z memo/riam. intelligentia videt voluntas fruit memoria tenet. Et tales act⁹ sunt cõmu nes omnibꝫ beatis. ¶ Scdo modo pñt assignari qui sunt scz loqui audiri z mit ti. Alij sunt purgare illuminare z ꝑfice/re. Vñ duplex est purgatio. quedã est a peccato z hec nõ est in angelis. Alia est a quadã nescientia z hec est bene in angel Purgant eñ a tali nescientia qñ docent de prius nescitis. Illuminant autez per clarã cognitionem illius prius nesciti z ꝑficiunt: qz talis illuminatio est ꝑfectio nature intellectualis create. Sicut patz de sole qui qñ illumin at aerẽ ꝑmo ipsuz purgat a tenebris inicio. Scdo iformat ipm lumine in progressu. Et tercio ꝑfi/cit ipm quia lumẽ est ꝑfectio quedã aeris z hec tria sunt simul duratione sed ordi/nantur naturalr. Vel aliter est dicẽdũ ꝙ ista tria denotant aliqua ad que ordĩ natur doctrina angelica: quia primo re mouet impedimẽta. scdo docet verũ. ter cio inflãmat ad amorẽ boni.

Querit quinto. Utruz locutio angeli idem sit qd eius cognitio Notandũ ꝙ locutio angelica est spon/tanea z voluntaria expssio intellecto: uz complexe signatoꝝ ꝑ signa nota esse de/termiata signa illi cui fit locutio. Ange/li ꝑpositi signant minoribꝫ quod de dei voluntate ꝑsentiũt qd fit aliqbus nuti/bus aut signis ¶ Notandum ꝙ locutio exterior põt fieri tripl'r. Uno mõ quan/do nulla est mutatio in loquẽte sed solũ ĩ illo cui fit locutio. Hoc mõ de⁹ loq̃tur nobis z spiritibꝫ angelicis causando in nobis vel in ipsis aliquã illuminationez vel inspirationẽ. ¶ Scdo modo fit locu tio ꝑ mutationẽ z loquẽtis z eius cui fit locutio. differunt tñ quia in eo cui fit lo cutio est de nouo aliqua intellectio. In loquente autẽ est tm̃ ſm respectũ actio/nis. ¶ Tercio mõ fit locutio qñ est ex/pressio vocalis ꝑ signa sensibilia quoꝝ medio exprimimus ꝯceptus nostros. z hoc addit vltra predictos duos modos ¶ Prima ꝓpositio. Locutio interior si/ue in deo siue in angelo siue in homine nihil addit vltra cogitationẽ vel cogni/tionẽ z eius formationẽ. ¶ Secunda ꝓ/positio. Locutio exterior ꝑter ipsam co gitationẽ actualẽ aliquid addit. Diffe/runt tñ in deo angel' z hominibꝫ. ¶ Ter cia ꝓpositio. Locutio exterior sicut ad alterũ in deo addit sup intellectionẽ re/uelationẽ ei cui loq̃tur. ¶ Quarta ꝓpo sitio. Locutio exterior in hoĩe ꝑter ipsaz cogitationẽ z formationez eius addit et actũ z signũ sensibile. Patet ad sensum. ¶ Quinta ꝓpõ. Locutio exterior in sub stãtijs mere spũalibꝫ siue angelis addit ꝑter cogitationẽ z formationẽ interiorẽ

in loquēte quendā actū siue respectū lȝ nullū sensibile signū addat. ptȝ qꝛ cogitatio angeli de se est secreta et ideo si angelus vult q alij sciant cogitationes suas oportet tm̄ q pandat aliquo nutu vel signo nō sensibili sed spūali noto illi cui fit locutio. ¶ Correlariū. Locutio angeli differt realit̄ a cogitatōe sua actuali sȝ non reqrit mediū deferens speciem Ex q̄ ptȝ q triplex est locutio scȝ dei angeli et hoīs. ¶ Prima ppō. Locutio dei exterior qua loquit̄ creature nullā mutationē ponit in eo: tamē ponit aliquē effectum in eo cui loquit̄. ¶ Scd̄a ppō. Locutio humana ponit mutationē tā in loquēte q̄ i medio q̄ etiā in eo cui loquit̄. ¶ Tercia ppō. In locutiōe angeli ca ē mutatio tā in loqnte q̄ i eo cui loqt̄ licȝ nulla sit mutatio i medio deferēte. ¶ Correlariū rn̄siuū. Locutio i angel differt realr̄ a cogitatiōe sua actuali: lȝ non tm̄ differāt sicut in hoibus. ¶ Prima ppō. Sicut hoies per quedā signa sensibilia exprimūt cōceptus suos. Ita angeli exprimūt ɔceptus suos p quedā signa intellectualia ad plenum significantia. ¶ Scd̄a ppō. Boni angeli loquūtur sibi inuicē p quedā signa intellectualia ad plenum fcantia multiplicibus gn̄ibus linguarū. ptȝ. hoies pn̄t. multo magis angeli. ¶ Tercia ppō. Sicut in productione ade z eue fuerunt eis data a deo aliqua signa ad plenum fcantia. Ita angelis fuerunt data aliq̄ signa intellectualia ad plenum significantia. ¶ Quarta ppō. Probabile est z verisil'e q oēs angeli siue boni siue mali cognoscant oia genera linguaruȝ quorūcunq̄ hoim. ¶ Quinta ppō. Probabile z verisimile est q diuersitas ideomatū hoim fuit deriuata a diuersitate linguarū angelorȝ. ptȝ qꝛ angeli sciunt oia ideomata hoim: sed nō didicerūt ab hominibus. ¶ Sexta ppō. Non oia signa p q̄ loquūtur boni angeli inter se cognoscuntur a demonib⁹. lȝ econtra boni angeli cognoscant oia q̄ loquunt̄ demones. ptȝ qꝛ boni angeli excedūt malos in noticia.

Sexto querit̄. Utrū eadem locutio possit esse a deo et angelo.

¶ Sciēdū q triplex est locutio scȝ angelica humana z diuina. Et illa ē duplex. quedā fit immediate a deo p semetipm̄ sine angelo medio et hec fit p reuelationem: nec est ad ppositū. Alia qua loquitur nobis deus p ministeriū angelorȝ de qua dr̄ in Apocal'. Loquēs p angelū seruo suo iohanni. Et de ista est q̄stio. Deus eīm sepissime indicat voluntatem suā nobis p angelos suos: vel verbis tm̄ vel rebus tm̄: aliqn̄ ꝟbis z rebus simul aliqn̄ imaginib⁹ oculis cordis ostensis. Exemplū qn̄ loquit̄ deus nobis p angelos verbis tm̄ Iohis. xij. Clarificaui z iterū clarificabo. Exemplū qn̄ loquit̄ signis tm̄ vt ezechiel vidēs visiones dei. Exemplū qn̄ loquit̄ ꝟbis z signis simul Adā audiuit vocē dei deambulātis ad auram post meridiē: deambulatio post meridiē signabat elōgatiōnē a deo refrigerationē ardoris charitatis. Aliqn̄ indicat volūtatē suā imaginib⁹ cordis nostri vt iacob vidit scalā. Aliqn̄ imaginibus an̄ oculos cordis ex aere assumptis vt abraam vidit tres viros et vnū adorauit. Aliqn̄ loquitur p substātias celestes vt per nubē. vt Matt. xvij. Vox venit de nube hic est filius me' dilectus. Aliqn̄ loquit̄ p substantias terrestrē vt asinus balaam. Aliqn̄ loquit̄ p substātias terrestres z celestes vt apparuit moysi in rubo ardēte. Aliqn̄ loquit̄ p angelos q̄ angelus apparet in propria psona oculis cordis z vt apparuit angelus in somnis ioseph. Et angelus ingressus est in zachariā pphetā et loquebatur in eo. ¶ Resolutio. q. stat in ppōib⁹ ¶ Prima ppō. Sicut dicitur deum tripl'r videre scȝ visione corpali imaginaria itellectuali. Sic dr̄ tripl'r audire. Corpalis visio est qn̄ corpalib⁹ oclis videm⁹ deū: vt

abraã vidit deũ in subã creature. Uisio imaginaria est qñ vt dormiẽs vt vigilãs aliquas species imaginarias cernit quibus aliquid significat vt pharao vidit septem spicas z hoc in somno. Petrus vigilãs in extasi vidit in lintheo quadrupedia zc. Uisio intellectualis est qñ spũ scõ reuelante intellectui mẽtis veritatẽ mysterioꝝ capimus sicut etiã iohannes in Apocalipsi frequẽter vidit deũ. Similiter triplex est auditio qua audit deus. ¶ Auditio corpalis est que fit p aliqd signum sensibile exteriori auribus oblatũ. Freqñter hac auditione deus fuit auditus patet in lege moysi etiã in euãgelio. Hic est filius meus dilectus zc. Auditio imaginaria est que fit per aliqd signum i interiori sensu formatũ hoc modo auditus est deus a prophetis. Auditio intellectualis est que fit per aliqd inspirationis verbũ nr̃is mentibus imediate a deo inspiratuz. ¶ Scda propositio principalis. Sicut deus tripliciter audiatur a nobis ita tripliciter dicit loqui nobis fm q triplicem i nobis excitat auditum. ptz quia cuilibet auditioni correspondet sua locutio. ¶ Tercia propõ Locutio illa qua deus loquitur nobis signo exteriori id ẽ locutione corpali siue interiori id est locutione imaginaria semp vel frequẽter fit ministerio angelico. ¶ Quarta ppõ. Locutio intellectualis q scz deus inspirat aliqd in mentibus nostris: licet qodãmodo ministerialiter possit fieri ab anglo pncipalr tamẽ fit a deo. Põt fieri ab anglo ab inferiori ¶ Quinta ppõ. Prima locutio scz corporalis et scda scz imaginaria sũt simul z dei z angeli: lz dei vt impantis z pncipaliter agentis z angeli vt exequẽtis. ¶ Sexta ppõ. Qñ deus loquit p angelũ tũc sermo illius exeqñtis põt capi dupliciter. Uno mõ vt refert ad psonã dei in cuius psona loquit. Alio mõ vt refert ad psonã angeli vt scz ipe angls sit nuncius. Exemplũ pmi. Ego suz deus abraã ysaac et iacob. Exemplũ scdi. Ego sum gabriel Luce. i. ¶ Septima ppõ. Locutio intellectualis est ppria ipi soli deo q ppter nõ põt cõpetere ipsi angelo z ideo non põt esse eadem locutio intellectualis dei z angeli.

Circa vndecimã

distinctionẽ querit primo. ¶ Utrũ angli deputari debuerũt ad custodiã hoĩs lapsi. ¶ Sciẽdũ q triplex est custos hoĩs qdã vniuersalis z est ipse deus qui specialiter curã hz de nobis. vñ Job. vi. quid faciã tibi o custos hoim. Custos particularis est vnus angelus deputatus a deo ad custodiendũ vnũ pncipẽ in sptũ pncipaliter toti pplo pncipat vel vnum regnũ vel vnã patriaz. Alius est custos hoium et singularis z est angelus deputatus ad custodiã singularis psone: qz cuilibet creature rõnali deputat angls a pmordio natiuitatis vel fm alios a pncipio ↄceptionis. vñ Hieronymus. Magna dignitas animarũ est qm q̃libet ab origine natiuitatis babeat. vnũ angelũ custodẽ. Questio est de custodia particulari siue singulari. ¶ Dicendũ q post peccatum vel lapsuz ꝓthoplastoꝝ. Hõ restitutus est brũs. Conueniẽs fuit hominẽ lapsum angelice custodie z anglm deputari ad custodiendum hoiem: tum quia decet altitudinẽ diuine potẽtie: tũ quia decet ordinẽ diuine sapientie: tum qz etiã decet dulcedinẽ diuine misericordie. Mgr tenuit absolute q ab instanti conceptionis scz qñ anima infundit corpori organico qz est verus hõ et magis indiget custodie in vtero matris qñ tum ad aliquid q̃ extra.

Secũdo querit. Utrũ

competẽs fuerit angelũ deputari ad cõditi custodiã. Competẽs. i. conueniẽs. ¶ Notandũ q triplex est status hoĩs. s. institutus lapsus z reformatus. Institu/

tus est in q̃ fuit forte p sex horas. Et de isto statu est q̃o. ¶ Rñsio q̄ z si angelus deputatus ad custodiã bois in multis prosit ei vt subueniat: tñ specialr̃ ad h̃ deputaẽ vt ab inuisibili aduersario defendat: z quia sunt inuisibiles coadiutores ad suipius defensionem. Non solũ s̃m statũ nature lapse fuerunt necessarij sed s̃m statũ nature institute quãto magis nunc q̃s tunc.

Tercio queriẽ. Utrum angelus post obstinationẽ subtrahat custodie beneficiũ. ¶ Rñsio. Q̄z effectus angelice custodie est respectu boni ɔseruandi vel acquirendi vel respectu mali deserendi vel euitãdi z minuendi. Bonus igiẽ angelus obstinatos non deserit q̃tum ad actũ custodie q̃ respicit malũ quia semp retrahit hoiem ne labatur in peius. ¶ Nota q̄ mediocriter mali sunt illi q̃ fragilitate peccãt z volũt penitere Nota q̄ excõicatio debet fieri ad correptionẽ delinquẽtis. Si prelat⁹ videret aliquẽ obstinatũ non debet ip̃m excõicare. Nota q̄ antixp̃s habebit angelũ ad custodiendũ ip̃m a malo sed non q̃tum ad bonum promouendum.

Quarto queriẽ. Utruz ex britudine custoditi angelo custodiẽti amplificeẽ gaudiũ. ¶ Rñsio stat in distinctionib⁹. ¶ Prima distinctio. Gaudium crescere põt intelligi dupliciter. Uno mõ extensiue z intensiue: qñ de primo mõ loquitur. Extensiue gaudiũ angelo z crescit de plrib⁹ ei gaudet nunc q̃s prius. ¶ Pono primã propositionẽ. Angelus plus gaudet extensiue q̃s p̃us cuz aliquis saluaẽ. patz qz de pluribus gaudet nunc q̃s prius. Alio mõ crescit gaudium in angelo intẽsiue qñ affect⁹ eius copiosius z magis de aliquo gaudet.
¶ Scd̃a distinctio. Gaudiũ augmẽtari in angelis potest intelligi dupliciter. Uno modo de gaudio substãtiali vl̃ accidentali. Et vera opinio stat in duab⁹ ppositionibus. ¶ Prima ppõ. In angelis nullo modo accrescit gaudium substantiale q̃d scz est premiũ habitũ de bono increato z est gaudium essentiale q̃d habẽt de deo z in deo clare videndo z super oia amato z dilecto: quia in his duobus consistit beatitudo. ¶ Scd̃a ppõ. Gaudiũ accidentale q̃d est de bono creato continue intenditur z crescit in angelo. quia vbi est maior materia gaudij ibi gaudiũ: sed in angelis est maior materia gaudij in continua saluatione hominum et restauratione superne ciuitatis. Et dicitur premiuz accidentale qz nõ est de obiecto beatifico in quo est premium essentiale. patet resolutio ¶ Nota q̄ duplex est beatitudo. Quedaz est status perfectus per plenitudinem omnis boni: de ista Boetius dicit q̄ beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Quedam q̃ est status aliqualiter perfectus scz per carentiam omis mali. In descriptione Boetij tria notanẽ. Primo ponitur status loco generis. Status est stabilis permanẽtia. legib⁹ diuine sapientie firmata s̃m doc. subti. Et s̃m hanc descriptionẽ applicãtur z exponuntur tres status scz Stat⁹ nature institute destitute et restitute. Scd̃a pticula est oim bonoꝝ aggregatione que principalr̃ sunt tria. scz visio clara fruitio perfecta z tentio firma. ad que omia alia reducuntur. Tercia particula est perfectus: quia nihil deest. qz ille est beatus qui habet quicq̃d vult et nihil mali vult. vt dicit Aug⁹. Alia est beatitudo scz per carentiã ois mali. Et est stat⁹ carens omni malo tam culpe q̃s pene. Et in isto fuerunt creati angeli qz fuerunt creati innocentes. Nota q̄ duplex est voluntas scz absoluta z conditionata siue antecedens. Unde angelus vult saluari quos prescit si ipse sciat voluntate conditionata nõ absoluta.

Circa distinctio/onē duodecimā q̄rif primo ¶ Utrū materia corpaliuʒ creata sit i oimoda possibi/litate. Resolutio q̄onis stat in vna distinctione. ¶ Distinctio est q̄ possum⁹ loqui dupl'r d materia. Uno mō ſm q̄ existit i rerū natura. Scd̄o mō vt ɔsiderat ab aia. ¶ Prima ppō. Materia ſm esse qd̄ habʒ in aia pōt ɔsiderari absq̄ omī forma ꝛ sic pōt ɔsiderari in oimoda possibilitate passiua supple subiectiua. patʒ qꝛ intellectus pōt ɔsiderare essentiā materie vt est nudata omī forma ꝛ vt potēs recipere formā. ¶ Scd̄a ppō. Materia ſm q̄ existit in rerū natura nō est de facto sine loco ꝛ sine tempe ꝛ sine motu vel q̄te: nec est etiaʒ separabilis per agens naturale ab omī forma. ¶ Tercia ppō. Implicat ɔtradictionē materiā esse in rerū natura ꝛ ipam esse separatā ab omni forma et ideo non pōt separari ab omni forma etiā p diuinā potentiā. ¶ Scot⁹ hāc ppositionē improbat. Arguitur sic Q̄ñcūq̄ sūt aliq̄ duo entia absoluta realiter ꝛ eēntialiter distincta ꝛ vnum est prius alio deus pōt facere prius sine posteriori. Iste est articulus pisieñ. sʒ materia est hmōi. ergo ꝛc̄. minor patʒ qꝛ est receptiua forme substātialis. ergo nō est respectus ꝛ distinguif realiter a forma ꝛ est prior forma. ergo ꝛc̄.

Scd̄o querif. Utrū materia illa pducta sit pfecta actualitate. Dico q̄ aliqd̄ potest esse in actu dupliciter. Uno mō quia pñtialiter existit et ꝛ est actu existēs in rerum natura. Alio modo aliqd̄ est in actu: quia est in actu cōpleto ꝛ perfecto. Exemplū corpus humanū dupliciter est in actu. primo quia pñtialiter existit et sic corpus mortuum ita bñ est in actu pñtialitatis sicut corpus viuū sed nō est in actu cōpleto ꝛ pfecto et specifico nisi per aiam rōnalem seu formā vltimā. ¶ Propositio. Omne q̄ est in actu cōpleto actualiter existit sʒ nō econtra. ¶ Scd̄a distinctio. Duplex ē actus scʒ entitatiuus ꝛ trāscendēs. Et est ille quo aliqd̄ habet esse extra causaʒ suam ꝛ actu principaliter existit. vnde iste actus non est nisi propria entitas rei et sic dicit scotus Q: si de⁹ separaret materiā ab omni forma adhuc tamen esset in actu entitatiuo. hic actus dicitur trāscendens quia conuenit omni rei. Et sic non oīs actus est a forma. Alius ē actus formalis ꝛ est ille quo res est in actu cōpleto ꝛ perfecto ꝛ specifico De hoc actu est q̄stio presens. Nam non est dubium quin fuerit creata i actu impfecto quia fuit terminus creationis. In hoc dubio est duplex opinio. Prima est Aug⁹. qui ponit q̄ omnia fuerunt creata imperfecte actualitate. ꝛ allegat Ecclesiasticuʒ dicentē. Qui viuit in eternum creauit omnia simul. Alij (scʒ omēs doctores) dicūt ɔtrariū adherentes textui Geñ. ꝛ captiuantes intellectum suū iugo fidei et sacre scripture q̄ de⁹ fecit omnia per ordinem vt cōtinetur in textu biblie. Creauit tamen deus quattuor in principio scʒ celum empireum naturā angelicam tempus ꝛ materiam informē. Licet omnia entia fuerunt creata simul: nō tamē omnia entia fuerūt simul facta.

Tercio queritur. Utrū materia illa corporalium creata sit sub aliqua formarum diuersitate. Querif. Utrum de rigore sermonis sit concedēdum q̄ naturaliter et ſm phm materia possit esse sine forma. Pro declaratione pono propositiones. ¶ Prima ppositio ſm phm. Notandū q̄ ab omni forma realiter est sepabilis materia: quia ab ista et ab illa ꝛ sic de alijs ꝛ nō est dabilis aliqua forma a qua non sit separabilis. ergo ꝛc̄. Ex quo sequif q̄ ista est ɔcedēda ¶ Scd̄a ppositio. Materia potest eē sine forma ꝛ ibi forma distinguif ꝛ confuso

dicitur rone negatiõis incluse in hoc sin cathegorematico sinc. z ptz ppõ qz pt eẽ sine hac forã z sine illa z sic de aliis ğ zc. Et dat exemplũ p istam terciã ppõnẽ. ¶ Tercia ppõ. Corp⁹ pt eẽ sine loco nõ loquẽdo de pmo corpe. ¶ Quarta ppõ. Materia aũt nunq̃ est separata simul et actu a forma sic scz quin habeat aliquã formã sicut de corpe i loco: impossibile est enim materiã eẽ quin habeat aliquã formã: immo qñcũq̃ est sub aliq̃ forma pticulari. hz duas formas: vnã sibi con creatã z aliã p gñatiõz naturalẽ zc. Po test tñ deus facere materiã sine forma. ¶ Quinta propõ. Materia põt existe/ re actu per diuinã potentiã sine q̃cunq̃ forma. ptz qz est ens absolutũ reale z nõ necessario depẽdẽs inesse ab aliq̃ creato ¶ Rñ. Dicendũ est q̃ ista opinio est te/ nenda p q̃ ponũt ppões. ¶ Prima ppõ Materia illa pfecta est sub aliqua for/ ma incõpleta tamen que non dabat sibi esse pfectuz: ideo dicebat informis. Hec aũt forma pt dici forã corpeitatis pmo in materia ğ cõcreata est quedaz forma substãtialis q̃ non põt gñari nec corrũ/ pi p agẽs naturale: sz solũ ẽ a deo ãnibila bilis. Hec aũt forma disponebat ad for mas vlteriores. ¶ Scda ppõ. Quia ma teria ista hz appetitũ ad multas forãs ideo habet quandã diuersitatẽ in se z in suis partibz: qz q̃t sunt forme receptibi/ les in materia: tot habet appetitus di/ uersos. In materia fm Scotũ: tot fue/ runt pducte forme respectiue: quot po terãt recipi forme in ea. Sic ergo mate ria fuit producta cũ vna forma absolu/ ta: fuit tñ creata sub diuersis formis re spectiuis q̃ sunt appetitus actuales ad diuersas formas. Et ponit exemplũ de embrione. Tenendũ est firmiter q̃ ma/ teria non fuit producta sub diuersitate formarũ substantialium.

Quarto querit. Utrũ celestium z terrestrium vna sit materia

q̃tum ad esse. ¶ Notandũ q̃ corpora ce lestia sunt que sunt ingñabilia et incor/ ruptibilia p naturã z intrãsmutabilia ad inuicẽ. Corpa autẽ terrestria sunt q̃ sunt gñabilia z corruptibilia z p natu/ ram trãsmutabilia ad inuicem: vt sunt quattuor elemẽta z omnia corpa mixta siue pfecta siue impfecta. ¶ Resolutio qõnis stat in ppositionibz. ¶ Prima pro positio. Materia corporũ celestiũ z ter/ restrium habet vnũ z idẽ eẽ loquẽdo de esse qd habuit añ productionẽ illoz cor porum. ptz qz de eadẽ materia oĩa sunt facta. ¶ Scda ppõ. Materia nõ hz vnũ z idẽ eẽ in corpib⁹ celestibz z terrestribz post productionẽ illoz corporum. patet quia in celestib⁹ non est gñabilis nec cor ruptibilis nec trãsmutabil': i terrestribz õo ecõtra. Loqndo supple q̃ sit gñabil' z corruptibilis subiectiue: qz nõ potest gñari terminatiue vl' obiectiue. ¶ Alia solutio stat in distictionibz. ¶ Prima di stinctio est quadruplex vnitas in mate/ ria fm essentiã scz esse incompletũ z cõ/ pletũ remotũ. ¶ Scda distinctio q̃dru/ plex est materia quedaz que solũ subest forme substantiali. Alia que subest for/ me substãtiali z quãtitati Alia q̃ subest forme substãtiali q̃ntitati z q̃litatibus õtrariis Alia q̃ subest pter predictã for mam vniformitati partiũ. Exemplum pmi vt materia in angelis. ¶ Pono pro positionẽ q̃ in spũalib⁹ z in corpalibus vna est materia q̃tum ad essentiã. Exẽ/ plum scdi vt materia corpoz celestiũ. ¶ Scda ppõ. Oim corpaliũ siue corru ptibiliũ siue incorruptibiliũ vna est ma teria. Exemplũ tercii vt materia oium corpoz inferioz. ¶ Tercia ppõ. Capiẽ do materiaz tercio modo scdm esse non est eadẽ corpoz celestiũ z terrestriũ. Ex emplũ q̃rti vt materia ignis z aque non aeris. ¶ Notãdũ q̃ eẽ eẽntie vniuscuius q̃ rei est ipamet eẽntia rei penit⁹ cũ ipa re. Differẽs solũ penes modũ cõcipiẽdi qz esse dicit õcretũ z eẽntia abstractũ vt

humanitas hominis est essentia sua. Et sicut se habet essentia sic se hꝫ esse actualis existentie. Et de vtroqꝫ est qō.

Quinto querit᷑. Utrũ materia ꝑducta fuerit añ oēm diē. Resolutio. q. stat in ꝑpōnib꞉. ¶ Prima ꝑpō Materia ẜm ordinē nature fuit creata añ oēm diē ẜm oēs doctores. ¶ Scđa ꝑpositio. Inter creationē materie prime ꝛ inter ꝑductionē lucis vel cuiuscūqꝫ alterius rei fuit aliqua mora tp̄is ꝛ in illa mora vt fert᷑ fuit factū ꝓliū in celo inter bonos ꝛ malos angelos. Et qñ deus dixit: fiat lux: mali ceciderunt ꝛ boni fuerunt confirmati.

Sexto querit᷑. Utrum materia illa ꝓma habuerit situm vel locum. ¶ Rñsio. q. stat in ꝑpositionibus. ¶ Prima propō. Cum materia illa prima esset moles quedā habēs extensionē ꝛ habens celū empireū ambiens ipsam: ipsa fuit de facto in loco. ¶ Scđa ꝑpō. De facto materia illa cum esset substancia corpulenta ꝛ quanta erat in loco repletiue. Nā repleuit totā cōcauitatē celi empirei per modum nebule. ¶ Tercia propō. Q꞉ in partibꝰ illius materie ꝓme erat quedā distinctio ẜm subtilitatem ꝛ grossiciē: ꝫ non plene ꝛ perfecte sed imꝑfecte. Nam pars superior de qua facti sunt celi erat subtilior: pars ꝟo inferior de qua facta sunt elemēta erat grossior. ¶ Dicendū ꝙ duplex est locus quidā spūalis: alius corꝑalis. Scđa distinctio spūalis est duplex quidā cōseruatiuus locati vel loci. Alius limitatiuus vel descriptiuus. Cōseruatiuus est ip̄a virtus diuina conseruās ꝛ gubernans ꝛ continēs oia pro q̊ dico ꝑpositionē. Q꞉ cuilibet rei create siue spūali siue corporali virtus diuina est locus gubernans ꝛ conseruatiuus oia hinc est qđ dr̄ sapie Spūs dñi repleuit orbē terrarū quia vt ip̄e dicit celū ꝛ terram ego impleo. Spiritus dñi id est spūs qui est ipse deꝰ hic

tenetur substātiue: hoc ens qđ est deus continet oia. Adhuc deus est in loco tripliciter. Uno modo ꝑ p̄ntiā. Alio modo per potentiā. Tercio modo ꝑ eēntiā Illud dr̄ esse in loco ꝑ p̄ntiam qđ est p̄ꝑsens oibus rebus: hoc mō deꝰ est in loco p̄ntialiter: quia clare videt non solū facta sed etiam fienda. Itē deus est p̄sens potentia ꝯseruando oia ꝛ est mihi itimius ꝙ̄ anima mea. Illud dr̄ esse p̄ns per essentiā qđ habet naturā suā propriam veraciter in illa re cui dr̄ esse p̄ns. Isto modo presens est deus cuilibet re nec ē verius in celo per essentiā ꝙ̄ in inferno vel alibi. Implicat ꝯtradictionē deuꝫ facere aliquā rem de nouo et non esse in eadē per essentiā. Alius est locus limitatiuus vel descriptiuus ꝛ sic ꝓpria limitatio ꝓp̄a finitas vl' clausio dr̄ locus limitatiuꝰ cuiuslibet rei. Uñ ꝓprius locus limitatiuus angeli est ꝓpria eiꝰ natura vel finitas sue nature: nec est qō de illa. Corꝑalis locus capit᷑ dupl'r. Uno mō fundamentaliter ꝛ nihil aliud est ꝙ̄ quedā suꝑficies ꝯcaua corꝑis cōtinētis locatū. Alio mō capit᷑ formal'r ꝛ est q̄dā respectꝰ extrisecꝰ adueniēs fūdata in suꝑficie ꝯcaua circūscripta ꝛ locāte: ꝛ t'minatꝰ ad locatū ꝛ vocat᷑ circūscriptio actiua locus formal'r q̄ est hitudo circūscripti ad circūscriptuꝫ. ¶ Notandū ꝙ aliq̄d eē in loco pōt intelligi q̄ttuor mōis. ¶ Primo circūscriptiue. Et ē illud qđ est sic p̄ns ꝙ totū locatū corrñdet toto loco ꝛ q̄libꝫ ꝑs locati corrñdet alicui ꝑti loci Sēꝑ locū ꝛ locatū s't adeq̄ta ꝛ sic ego sū in loco. Ex q̊ seq̄t᷑ ꝙ deꝰ nō p̄t eē in loco circūscptiue q꞉ deꝰ nō hꝫ ꝑtes. ¶ Scđa ꝑpō Quicq̄d ē in loco circūscriptiue hꝫ ꝑtes. Ex q̊ sequit᷑ ꝙ angl'i nō sūt in loco circūscriptiue q꞉ nō hñt ꝑtes: q꞉ eē i loco dimēsiue ꝛ occupatiue s't idē. Aia rōalis q̄ꝫtū est de se ꝛ etiā pūcta nō sunt in loco circūscriptiue q꞉ non hñt ꝑtes. ¶ Scđo mō capit᷑ diffinitiue. Et est illud qđ est p̄ns loco ꝑ realē exñtiā et p̄ntiā sic tñ ꝙ

qñ est pñs vni loco nõ põt esse in alio loco q2 sunt entia limitata. Isto mõ angeli sunt in loco q2 q̃tũ ẽ de natura angeli nõ pt eẽ in pluribꝰ locis nisi de potentia dei. ¶ Tercio mõ capit̃ sacrãlr. Et est illd qd est pñs p verã pñtiã alicui p signũ sensibile sic tñ q qñ est pñs vni loco pt etiã eẽ pñs alteri loco Isto mõ corpus xpi est in loco. Ex q̃ sequit̃ q corpꝰ xpi nõ põt esse sub q̃libet re sacrãlr sed oportet q sit sensibile signũ q2 in angl'is z aiabꝰ nõ est ibi sacrãlr. ¶ Quarto mõ capit̃ immẽsiue. Et est illud qd necessario est in q̃libet loco si ponat̃ locus: vł in qualibet re si ponat̃: z sic deus est in q̃libet re siue loco.

Circa decimam tertiã distinctiõẽ q̃rit̃ pmo. ¶ Utrũ p illã lucẽ q̃ dr̃ esse opus prime diei intelligat scriptura lucẽ corpalẽ vel spũalẽ. Aug. ponit talẽ ɔclusionẽ. Illa lux q̃ fuit producta: prima die nõ est lux corpalis sed spũalis. pꝫ q2 illa lux est natura angelica q̃ ẽ natura spũalis. Aliq̃ ponũt ɔclusionẽ q illa lux que facta est pma die nõ erat spũalis sꝫ mere corpalis. Et intelligit̃ nõ solũ de luce q̃ est accñs: sed cũ dr̃ fiat lux id est corpus lucidum.

Secũdo querit̃. q̃liter

illa lux faciebat diẽ z noctẽ. Notãdũ q nox capit̃ q̃drupl'r. ¶ Uno mõ p ipis demonibꝰ vt vult Aug. sup Geñ. ¶ Scd̃o mõ p pctõ vt dr̃ a noceo ces. q2 pctm̃ plꝰ oibꝰ nocet. Pmo mõ dr̃ a nictinꝗ qd est nigrũ. ¶ Tercio mõ capit̃ p absentia illumiatois sup emisperiũ nr̃m. z sic capitur in q̃ne. Et h̃ mõ capit̃ dupl'r. Uno mõ p absentia solis. Alio mõ p absẽtia luis cãti a nube lucida q̃ fuit fcã pma die. Quarto mõ capitur pro tribulatione vt dicit glosa ordina. sup pmũ ps̃.

Tercio q̃rit̃. Utrũ lux

sit corpꝰ vł forã corpis. ¶ Notãdũ q duplex ẽ lux. s. spũal'r z corpal'r. Spũalis est duplex. q̃dã est icreata q̃ est eẽntia diuina dr̃ eni̇̃ purissima lux p pũatõẽ seu negationẽ cuiuslibꝫ tenebrositatꝭ z obscuritatꝭ z cuiuslibet passibilitatꝭ materie z cuiuslibꝫ ignorantie z cuiuslibꝫ pctõꝝ. Quedã ẽ creata lux spũal' q̃ est triplex: q̃dã est eẽntialis: q̃dã ɔsubalis: z q̃dam accñtalis. Pria ẽ natura ãgelica. Scd̃a est potẽtia intellectiua angl'i vł hoĩs: q2 est idẽ eẽntialr cũ eẽntia angl'i vel anĩe. Tercia est oĩs intellectio z oĩs cognitio z oĩs sapiã z sciã. Et de istis nõ ẽ q̃o nec ad ppositũ. Lux corpal' de q̃ est ad ppositũ sic describit̃. Est q̃dã q̃litas accñtalis realr̃ inherẽs corpi lucido cãtiua z pductiua luis tãq̃ ppe sue spẽi in corpe dyaphano. ¶ Rñsio q in ista. q. duplex est opinio. ¶ Pria stat i distictõe ista q duplex est corpꝰ scꝫ purũ z non purum. Purũ corpꝰ est qd non est cõpositum ex materia z forma vt sol: z tunc dicunt q tale corpus est lux. Aliud est corpꝰ non purũ scꝫ qd est compositũ ex materia et forma: tunc q tale corpꝰ nõ est lux. Ista opinio est falsa ¶ Scd̃a opinio ponit etiam distinctionẽ q lux põt capi dupliciter scꝫ in abstracto vel abstractiue: vł in concreto vel concretiue tunc dicũt q lux in abstracto capta est forma corpis. licꝫ in concreto est corpus.

Quarto querit̃. Utrũ

lux sit forma subitãtialis vel accñtalis. ¶ Rñsio. q in. q. duplex est opinio. Prima est scoti z vera scꝫ q lux est accidens corpori luminoso sicut calidum accidit corpori calido. Ista se habent per ordinem lux luminosum z luciduꝫ. Lux est qualitas corporis lucidi de tercia specie qualitatis. Lucidũ est ipsum corpꝰ habens lucem. Luminosum est ipm corpus illuminatum.

Quinto q̃ritur Utrum

lumẽ qd emittit̃ a corpe lumiõso sit corpus an q̃litas corpalis. Notandũ q lu/

men diuidit in lumē spūale z corporale. Spūale ē duplex quoddā increatū aliud creatū. Lumē increatū est duplex quoddā est essentiale siue essentialiter dictū. aliud est nocionale siue nocionalr vel psonalr dictū. Essentialia i diuinis sūt q dicūt de trib psonis sil z singillatim Et dicunt essentialia eo q hnt silem modū pdicandi cū eēntia q pdicat singillatim de singulis psonis in recto z de omnib simul Nocionalia vo siue psonalia dicunt que cōia tribus psonis non sunt: sed cōueniunt vni soli et ad plus duab psonis sic spirare. Lumē g increatū eēntiale ē eēntia diuina z etiā oia eēntialia et ab h lumine fluit omē lumen creatū sicut dicit iacobus vocās ipm prem luminum. Et capitur pr eēntialiter non nocionaliter quēadmodū in orone dñica. Lumen autem nocionale est qlibet psona diuina et ita sunt tria lumia z sic capit i simbolo niceno: deū d deo lumē de lumie. Et hec tria lumina nocionalia sunt vnū lumen eēntiale. Et d vtroqz pōt intelligi illud ps. In lumine tuo videbim lumē. Lumen spūale creatū est duplex: quoddā ē angelicū: aliud est aiasticum. Angelicum aūt lumen est triplex scz essentiale ɔsubstantiale z accntale. Primū est ipa essentia angeli que pper sui puritatē caret opacitate z oīmi tenebrositate z passibilitate materie. Inde est q vocat a dionysio speculū clarū. Lumen ɔsubstantiale est ipe intellectus angelic Et pro regla nota q ois potētia cognitiua dr lumen potentiale. Lumē angelicū accidētale ē duplex scz actuale: aliud est habituale. Primum est cognitio angeli qua cognoscit aliqd: vn ois cognitio p quā vere cognoscit obiectū aliqd dr lumē accntale. Lumē g angelicū accntale actuale ē duplex. s. btificū q ē clara visio dei. Aliud ē nō beatificū z est ois alia vera intellectio angeli de quocunqz obiecto alio a deo vel noticia abstractiua de deo ab intuitiua cognitiōe diuina. Lumē aūt habituale angelicū dr esse ois habit intellectualis existēs in intellectu angelico q determinate vere apphēdit omē intelligibile aggeneratus ex actib freqntatz vl infusus a deo vt sunt sapia scia prudentia. Et oēs iste distinctiones pnt dici de aia pro declaratione luminis aiastice. Lumen corpale accipit duplr. Uno mō p corpe illuminato actu z sic aer illuminatus dr lumē et etiā ignis z cādela z h mō vocat Aug. solē lucem z ignē. Hoc mō capiēdo lumē ē ens p accidēs. Alio mō capit proprie pro quadā forma corporis illuminati per quā formaliter corpus dicit luminosuz. Lumē g sic captū pōt sic describi. Est quedam qlitas corporalis accidētalis: subiectiue in corpe dyaphano existēs cāta z producta a luce ipaz lucē naturalit repntās tāqz eius naturalis z expssa similitudo et imago.

¶ Rn. ad qōnē. Dicendū q vera opinio stat i vna distinctōe z trib dictis. ¶ Distinctio. Lumē vel radius solis capitur duplr. Uno mō p aere illumiato fm lineā dyametralē z hoc est fm rectā lineā vel etiā fm eius pfunditatē et h mo lumen captū est corpus. Alio mō capitur pprie z est quedā qualitas accidētalis z corpalis existēs subiectiue in corpe dyaphano z hoc modo lumen non est corp sed est accidens.

Sexto queritur. Utrū lumē sit forma sbalis vl accntal.

¶ Resolutio. Obmissis falsis opiniōib. Pro vera opinione scoti pono. ¶ Prima ppositio. Q lumen est quedā qualitas accidentalis reponibilis in tercia specie qlitatis que dicitur passibilis qualitas. pz in diffinitione luminis sup. ¶ Scda propositio. Lumē nō est solū spūaliter siue intentionaliter in medio sed etiā ɔcretiue naturaliter et inhesiue est in medio. pz qz lumē est in aere z est accidēs et nō est subiectiue in sole. ergo est subiectiue in aere siue in medio.

Circa decimam / quartā distinctionē querif. Primo. Utrū cristallinū celum sit de natura aq. Sciendū q duplex est celum scʒ spūale ꝛ corporale. Spūale est duplex scʒ increatū. Et ē ipsa trinitas beata de quo dicebat lucifer. Ascendā in celū ꝛ ero similis altissimo. Aliud celū spūale ꝛ creatū ē ipe angelus btūs. Licet natura angelica ante peccatū possit dici celū. Unde cū dr. In pncipio creauit deus celum. Ibi fm Aug⁹. capif pro natura angelica. Anima etiā qlibet existens in grā pōt dici celum spūale. fm illud Celū mihi sedes ē ꝛ aīa iusti sedes est sapie. Uñ etiā. Celi enarrāt gloriā dei. i. apostoli. Celū corporale fm Rabanū est septuplex. scilicʒ Aereum. Ethereuʒ. Olimpiū. Igneū. Sydereū. Aqueū. Et celū empyreum. Phus autē solū locutus ē de octo celis siue speris de orbibus scʒ septē planetarum ꝛ octaua scilicet vbi sunt stelle fixe. Theologi autē ponūt cū pdictis celum aqueū. i. cristallinū et empyreū. ¶ Celū cristallinū de quo est ad ppositū sic describitur. Est pmū mobile qd mouetur vniformiter ab oriente in oriens p occidens: ꝛ suo motu ꝛ ꝟtute sua rapit ꝛ trahit oēs alios orbes inferiores. Ita scʒ q in vna die naturali reuoluunf ab oriēte in oriēs p occidens Corpus pspicuū carens stellis: frigefactiuū siue refrigeratiuū. ¶ Notandū q aqua accipif tripl'r Primo mō capitur pro ifomi materia que fuit creata cū angelis vt cū dicitur Spūs dñi ferebaf sup aquas. ¶ Secundo mō capitur pro aqua transparenti et retētiua lumis ꝛ tūc est celū cristallinū Genesis pmo. Diuisit aquas ab aquis. ¶ Tercio modo capitur pro polo aqueo Uñ ibidē dr pgregenf aque in locū vnū ꝛ appareat arida. Resolutio qōis stat i sequentib ppositionib. ¶ Prima ppositio. Ponēde sunt aque corporales sup celum stelliferū patet p Gen. i. ¶ Scda ppō. Iste aque supiores nō sunt eiusdeʒ nature cuʒ aquis inferiorib. ¶ Tercia ppositio. Iste aq q sunt sup celos nominantur noīe aque ppter pprietatē quam habēt cū aqua elemētari. Habēt em pspicuitatē frigiditatē ꝛ grauitatē. Non solū est pspicuū receptiuū lumis, sʒ etiā retentiuū. Uñ rubini probanf in aqua de nocte: ꝛ tñ rubinus nō est lucidus: et nō est illa luminositas ex aere. g ex aqua quā retinet. Rñdeo. Notandū q supra celū sydereū nullū est celum aqueū. Et ad scripturā dicunt q aque q supra celum sunt vocanf angeli ꝛ augustin⁹ videtur hui⁹ opinionis esse dicit q ille aque sunt imobiles: debet intelligi de aqs spiritualib. Tamē scda opinio est q super celū sydereū sunt aque siue celū cristallinum de natura aque ꝛ ponif ibi ad refrigerium etheris. Et dicūt licet ille aque nō sunt fluide sunt tñ eiusdē speciei cum aquis inferiorib. ¶ Querif quid ē celū empyreū. Rñdeo. Est substātia corporea prima inter actiuas imobilis: vniformis: pfecte lumiosa a deo creata ppt inhabitationē oim bonoꝝ. Celū ꝑo empyreū est vniforme ꝛ qlibet eius ps ē lucidior in centuplo sole. Unde sicut iusticia dei equissima deputauit loca damnatorum turpissima. Ita pparauit celum empyreū ppter consolationē bonoꝝ. ergo celū empyreū est corpus nobilissimū pmū ꝛ maximū inter oīa corpora inanimata ꝛ celestia fm se totū lucidū cuius astra sunt angeli ꝛ hoīes beati ꝛ sol eius est agnus dei. De isto dr Apocal. Ciuitas illa non indiget sole ꝛ luna sed claritas dei illuminabit eam ꝛ agnus.

Querif secundo. Utrū

firmamētū sit eiusdē nature cū igne elemēto. Notandū q firmamentū est illud celū i quo sunt stelle fixe qd in primaria rerū cōditione positū est in medio aquarum. Alio mō cōiter pro omnib orbib⁹

celorū capitur ⁊ de vtroqꝫ est q̄stio nr̄a. Sciendū ꝙ q̄druplex est ignis quidē q̄ accendit aqua ⁊ extinguit oleo sicut pꝫ de calce viua. Alius ē vstiuus sed nō est cōbustiuus: molestiā ⁊ dolorem: sed non cōsumptionē inferēs. ⁊ talis est forte gladius versatilis positus ante paradisuꝫ terrestrē. Et posset etiā dici ꝙ ignis infernalis est hmōi. Ideo aliqui dixerunt ꝙ ignis infernalis nō est eiusdē rōnis cum igne elemēto. nō eñ lucet sicut nr̄. Ali⁹ est ignis q̄ conficitur aliq̄bus cōfectionibus ⁊ si talis ignis esset in capillis alicuius illuminaret sufficiēter comā sed nullam infert lesionē. Alius ē ignis elementum ⁊ est triplex. scꝫ carbo. flāma. ⁊ lux. Lux in sua regione. Si autē est in terra siue materia terrestri dicit carbo. Si in aere dr̄ flāma. Ignis autē infernalis est carbo. ¶ Rn̄deo. Dicendū ꝙ sicut supꝰdictū est: ꝙ celum cristallinū censeri pōt noie aque quia aliquā ꝓprietatē eius in se habet. Sic est in proposito ⁊ intelligi pōt ¶ Triplex est eñ ignis proprietas sicut dictuꝫ est de aqua. Una luminositas. Altera caliditas. Et tercia leuitas: ꝑ quā mouetur motu qui est sursum.

Querit tercio. Utrum

in celo sit ponere dextrū ⁊ sinistrū. Sciendū ꝙ sunt sex differētie positionū siue situs. scꝫ sursuꝫ deorsum. dextrū sinistrū ante ⁊ retro. ¶ Resolutio q̄ōnis stat in sequentibus ꝓpōnib⁹. ¶ Prima ꝓpositio. Quāuis sursum ⁊ deorsum dicāt terminos longitudinis. dextrum ⁊ sinistrū terminos latitudinis. ante ⁊ retro termios ꝓfunditatis. nō tñ nomināt illos precise sed ꝑ cōparationē ad motū. Nam clarū est ꝙ in nullo corpore ponit dextrūꝫ sinistrum nisi ꝑ cōparationē ad motū ꝑorēꝫ vel fortiorē. Unde quia oēs partes lapidis equaliter ⁊ indifferent mouētur ido non est lapidi dextrū ⁊ sinistrum. Item dextrū ⁊ sinistrū possunt esse in aliq̄ dupliciter. Uno modo ex natura rei. Alio mō per comparatōnē ad aliud. Dextrū ⁊ sinistrū et si in aīali sunt ex natura rei. In alijs rebus est dextrū ⁊ sinistrū ꝑ cōparationē ad animal vt dextrū cornu altaris ⁊ sinistrū cornu. Dextrū est illa ꝑs aīalis a qua incipit motus localis explicatiue sicut patet qñ hō vult ambulare ꝑus mouet pedē dextrū. ⁊ sic de quolibꝫ animali perfecto. ¶ Secūda ꝓpositio. Dextrū ⁊ sinistrū non sunt in celo empyreo: quia dextrū ⁊ sinistrū accipiunt penes ꝯparationē ad motū. ¶ Tercia ꝓpō Et dextrū ⁊ sinistrū in celis soluꝫ est in celis vel orbibus mobilibus.

Querit quarto. Utruꝫ

primū mobile a deo imediate sit tm̄ aut mediāte ꝟtute creata. ¶ Sciendū ꝙ primum mobile ꝯm theologos est celū cristallinū sed ꝯm pħos est celū stellatum. ¶ Resolutio q̄ōnis stat in sequētib⁹ ꝓpositionib⁹. ¶ Prima ꝓpositio. In omi opatōne ⁊ effectu ⁊ creatura deus operatur intime ⁊ imediate: patet quia deus est intime p̄sens suo effectui ⁊ seipso opatur. ergo ⁊c. Augustin⁹. Uoluntas dei imediate attingit effectuꝫ. ¶ Secunda ꝓpositio. In aliquibus operib⁹ deus sic operatur ꝙ est tota causa ⁊ nulla secunda causa sit cū eo. In alijs autē sic opatur ꝙ causa secunda causat cū eo. Exemplum primi: vt in creatōne angelorum ⁊ iustificatione impioꝝ. Exemplū secūdi vt ignis cū deo producit ignem. ¶ Tercia propositio ē. Prima opera que fiunt a solo deo dicuntur mirabilia. Alia ꝟo dicuntur voluntaria siue naturalia. patet quia iustificare impiū est mirabile. ¶ Resolutio questionis. Primū mobile nō mouetur a deo solo sed mouetur a deo ⁊ ab aliqua creatura. Et cōgruum est quia ille motus est successiuus ⁊ hoc potest cōpetere creature. ergo congruit ꝙ cum deo creatura moueat ipsum celū ¶ Sciendū ꝙ deum esse causam immediatam alicui⁹ effectus potest intelligi

duplicíter. Uno modo q deus intime z per seipsum agat z producat ipm effectum. z sic deus est causa cuiuslibet creature. Hoc etiã modo mouet omnia imobilis. Alio modo quia se solo causat et ẽ totalis causa z sic cuiuslibz effectus precise producte per creationẽ deus est causa imediate. Et sic capitur in questione vt anima angelus materia prima zc.

Querit quinto. Utruz

motus celoꝝ sit a propria forma vel intelligentia. ¶ Intelligentia capit multipliciter. Primo modo p aliqua natura intellectuali vel rõnali mere spũali nata per se existere: z hec est duplex. Quedaz est increata vt deus. z capitur dupl'r scz essentialr z sic de⁹ ẽ vna intelligẽtia. Secundo nocionalr z sic sunt tres intelligẽtie. Quedã creata. z est duplex. scz angelica z aĩastica. De angelica est questio. ¶ Resolutio qõnis stat in vna ppositione. scz. ¶ Deus mouet celũ mediante intelligentia creata vel mediante angelo z sunt tot angeli mouentes quot sunt orbes. Opinio ista ẽ verior ¶ Nota q motus naturalis dicit qui est a pncipio intrinseco. motus violentus qui est a principio extrinseco. Et sic opinio phoꝝ dicentiũ. Q2 celi habent aĩas z cõponuntur ex anima z corpore sicut homo. reprobatur tanq heretica.

Querit sexto. Utrum

luminaria posita sint in eodem corpore continuo: an in diuersis. ¶ Resolutio questionis Cõmunis opinio que fundatur Geñ. pino. vbi dicitur. Fiant luminaria in firmamẽto celi (z nulla mentio fit de alijs speris) ponit q omnes orbes faciũt vnũ corpus. Et hec opinio stat in qtuor ppõnib. ¶ Prima ppõ. fm oĩm opinionẽ tam phoꝝ naturaliũ q mathematicoꝝ aliq lumiaria celi locant in diuersis orbib. ¶ Scda ppõ. Diuersitas orbiũ nõ venit ex distinctõe formarũ substantialiũ nec venit ex discõtinuatõe superficiei sed venit ex diuersitate motuũ. Aliq põt distingui trib modis. ¶ Prio per suas formas specificas. vt bõ z asin⁹ ¶ Scdo p diuersas supficies vt duo lapides. ¶ Tercio p diuersitatẽ motuũ vt ptes maris cui⁹ vna pars vadit ad vnã partẽ. alia in aliã partẽ. ¶ Tercia ppõ. Diuersitas sol a motuũ non tollit contĩnuitatem corporis subtilis rarefacti ad motũ. patet q2 aqua mouet ad oẽs differentias positionũ z tñ est vnum corpus. ¶ Quarta ppositio. Licet luminaria celi sint posita in diuersis orbibus sunt tñ omnia in vno corpore locata quod vocatur firmamentum.

Querit septimo. Utrũ

luminaria moueant in orbib suis motibus pprijs. ¶ Duplicia sunt luminaria scz fixa z erratica. Ois planeta est stella z nõ ecõtra. de stellis fixis nõ ẽ dubium. ¶ Resolutio ptholome⁹ dicit. Q2 firmamentũ moue trib motib scz motu diurno ab oriente p occidẽs in oriẽs: z hic nõ est pprius mot⁹: sed ẽ pprius mot⁹ pmi mobilis. Mouet pterea fm eũ motu accessus z recessus sup pma puncta libre z arietis z illo motu complet vnũ gradũ. octingẽtis ãnis. Preterea dicit q firmamentũ mouetur motu pprio qui est contrari⁹ motui diurno ab occidente in oriens z complet vnũ graduz illius motus in centũ annis. Et sunt trecenti gradus in circulo zodiaco. Et sic complet suum circulum in trigintasex milibus annis. Secundum astrologos planete mouen pprijs motibus scindendo celum: sicut auis qui mouetur in aere vel piscis in aqua. ¶ Alia opinio est philosophoꝝ cum quibus est Bonauẽtura qui dicũt. Q2 planete non mouẽtur nisi motu suorum orbium: Nam non est imaginabile q stelle moueantur in celo sicut piscis in aqua scindendo aquam: quia celum nõ potest scindi nec est frangibile.

Queritur octauo. Utrū

conueniat alicui orbi moueri absq̄ stel/lis. Notandū q̄ duplex est celū qd caret stellis quoddā descens vt celū empyreū. Aliud est mobile z hoc est cristallinum. Et de isto ē q̄ō. ¶ Resolutio stat i vna ɔclōne q̄ est. Q2 pter celū stellatū opor tet ponere vnū celū sine stellis qd est pri mū mobile. Et hoc ptz p rectores sacre scripture. i. moysen pphete z apli posue runt illud. Et si dicas q̄ scriptura non ponit celū aqueū mobile dicendū q̄ do/ ctores theologi rōne necessaria ɔcludūt celū illud esse mobile.

Queritur nono. Utrum

luminaria diuersitatē habeant ɔfectio/ num hoc est q̄rere. Utrū luminaria celi distinguant spē. ¶ Resolutio stat i vna ɔclusione q̄ est. Q2 inter luminaria celi repire est diuersitatē z q̄tuz ad spēm et q̄tū ad formā. patet psupposito q̄ eorū que sunt eiusdem speciei specialissime z eiusdē forme habent easdē proprietates et opationes vt vinū calefacit z acetū frigefacit. Ideo sunt diuersarū formarū ptz quia illa q̄ habent alias z alias pprieta tes z opationes distinguunt specie. Sic est de luminaribus. ġ patet q2 sol est cale factiuus. saturnus autē frigefactiuus. ergo differunt specie.

Queritur decimo. Utrū

mans illud propter me orta est hec tempestas tollite me. Jone.ij. Vide in alexandro istam materiam ꝛc. ¶ Aut certe in hoc ꝙ hoc presumpserat dei similitudinem directe contra filium peccauit: ꝛ ideo filio magis competebat vindicta ꝛ indulgentia ꝛ hoc est ꝙ dicit anselmus in libro cur deus homo. Homo ergo erat moriturus ꝛ diabolus ꝙ erat expugnaturus ambo falsam dei similitudinem presumpserant. Unde specialius aduersus eum peccauerunt. Illi itaqꝫ cui specialiter fit iniuria conuenientius attribuitur culpe vindicta ꝛ indulgentia. ¶ Rursus si consideremus modum reparationis magis competit filio. Reparati enim sumus per mediatoris obedientiam et supplicationem ꝛ quia magis competit filium supplicare patri ꝛ obedire. Hinc est ꝙ magis competi persone filij incarnari ꝙ alij vnde anselmus in libro cur deus homo. ¶ Conuenientius consonat filium supplicare patri quam aliam personam. Postremo si consideremus reparationis fructum vel effectum magis competebat filio incarnari: quia incarnatio ad hoc ordinatur vt simus filij dei. Si ergo posterius per illud habet reduci quod est prius in eodem genere congruum fuit vt filij dei efficeremur per eum qui est filius naturalis. Unde Augustinus in.iij. de trinitate. Ut homo ex deo nasceretur. primo ex ipsis natus est deus: oportuit enim vt per eum efficeremur filij adoptiui qui est filius naturalis. Et sic patet per omnem modum ꝙ congruentius fuit filium incarnari ꝙ alium. et concedende sunt rationes que ad hoc inducebantur. ¶ Nota ꝙ filius adoptiuus est qui non est naturaliter genitus ab eo cuius dicitur filius nec habet ius in hereditatem possidendam succedendi sed ex gratia adoptatur vt habeat ius ad hereditatem qui eum adoptat. Unde ad hoc ꝙ aliquis dica filius adoptiuus quattuor requirunt. Primo ergo requiritur ad filiationem extraneitas in eo quod adoptatur ad eum qui adoptat. Secundo requiritur gratia id est gratuita voluntas adoptantis. Tertio requiritur bonum siue hereditas pro qua habenda adoptatur. Quarto requiritur ꝙ non habeat ius ꝛc.

Duodecimo queritur.

Quo tempore fuerit magis congruum filium dei incarnari. Nota ꝙ triplex est tempus scilicet legis. Primum legis indite. secundum legis scripte. tertium legis gratie. Primum durauit ab adam vsqꝫ ad moysen. secundum a moyse vsqꝫ ad christum. tertium a christo vsqꝫ in eternum. ¶ Responsio dicendum ꝙ sicut rationes ostendunt que sunt post oppositum magis congruum fuit filium dei incarnari quasi in fine seculorum quam in principio. Potest autem huius quadruplex ratio assignari quare tamdiu incarnari distulerit. ¶ Prima est propter peccatum hominis puniendum ibi enim manifestatur diuine vltionis seueritas que tantos clamores et luctus hominum tanto tempore sustinuit: antequam vellet descendere. et ipse adam cum posteritate sua tanto tempore expectauit in limbo exulans a paradiso ꝛ hoc propter manifestationem diuine iusticie que nihil inultum dimittit. ¶ Secunda fuit propter morbum melius curandum. Morbus enim spiritualis non curatur debite nisi infirmus prius cognoscat et pro curatione eius gratus existat plus enim homo egrotat per ingratitudinem pro curatione ꝙ culpe commissione. Et ideo debuit deus beneficium incarnationis differre vt homo conuinceretur de impotentia ꝛ ignorantia antequam incarnaretur. Et in lege indita: ꝛ in lege scripta: vt sic conuictus confugeret ad diuinam misericordiam

et gratiam et confugiens curaretur efficaciter. ¶ Tertia ratio est propter ordinē vniuersi seruandum: quia enim hoc erat plenum id est maximū beneficium differri debuit vsq3 ad plenitudinē dierum. Et propter hoc dicit apostolus Ad gala. quarto. At vbi venit plenitudo temporis misit deus filiū suum factū ex muliere factū sub lege. ¶ Quarta ratio fuit propter incarnationis beneficium amplius commendandum qđ enim amplius differtur: et diutius desideratur et preciosius reputat̄. Et ideo beneficiū incarnationis quod est inter dei beneficia preciosissimum prius debuit esse desideratum et expectatū quā exhibitum. Et propterea magis cōgruum fuit filium dei incarnari in fine temporum: et concedende sunt rationes que hoc probant.

Circa secundam distinctionem queritur. primo. Utrum maior sit congruitas in rationali creatura quā in toto vniuerso an econtrario. Uide resolutionem in textu. Ad primam rationem in oppositum, vbi dicit Augustinus In rebus mirabilib⁹ tota ratio facti est potentia facientis. Dicendum q duplex est ratio scilicet. Causalitatis et congruitatis. Causalitatis est in efficiēdo. Congruitatis in suscipiēdo. Cū ergo Augustinus dicit q ratio facti tota est potentia facientis intelligit de ratione causalitatis non de ratione ꝯgruitatis. Ad scđm vbi dicitur infinitam distantiam non magis appropinquat vnū quā alterum. Scđ omnis creatura a natura diuina distat ꝛc̄. Dicendum q hoc intelligitur de distātia per recessum ab equalitate ꝛ participatione nature eterne: quia nihil est vniuocum creature ad creatorem in nullo etiam creatura creatori potest equari: sed non habet veritatem de distantia que attenditur per cōparationem ad conuenientiā fm rationem ordinis et imitationis. Nam rationalis creatura immediate in deum ordinatur et expressiue inter creaturas deū imitatur et ratione huius assimilatiōis et conuenientie habet rationem imaginis et congruitatis respectu diuine vnionis. Ad illđ qđ obijcitur q magꝭ assimilatur vniuersum totum quā ratioalis creatura. Dicendum q assimilari dicitur dupliciter. Intensiue vel extensiue. Et extensiue verū est q magis assimilatur mundo architipo siue deo maior mundus quā minor siue vniuersitas tota quā rationalis creatura. Qualitatiue siue intensiue est econuerso propter magnam distantiam aliquarum partium eius in quibus relucet diuina bonitas delōginquo sicut in vestigio.

Secūdo querit̄. Utrū maior sit congruitas ad vnionem in humana natura quam in angelo an econuerso. Et q sit maior in angelo videtur Deus spiritus est sicut dicit̄. Johā. iiij. ergo creatura que plus habet de ratione spiritualitatis plus cōuenit cum deo et que plus conuenit cū deo. plus est vnibilis in vnitate persone. cum ergo natura angelica sit spiritualior quam humana videtur. Respondeo dicendū q absq3 dubio maior fuit congruentia ad vnionē in creatura humana quā in angelica. Et hoc quidem satis manifestat ipsa operatio diuina. Deus enim nusq̄ angelos apprehendit sed semen abrahe apprehendit. Ratio autem maioris congruentie dupliciter accipitur videlicet fm humane nature institutionem. ꝛ fm eiusdē reparationē. Scđm n̄ iqꝫ hūane nature istitutōꝫ maior ē ꝯgruitas ī hūana natura quā āgelica. Et h triplici de cā. s.

Propter psonalē distinctionē. Propter maiorem diuini exemplaris repsentationē. Propter mltiplicē hominis cōpositionem. Prima ppter personalē distinctionem: que quidē in humana repit̄ fm originem: et non angelica et ideo magis cōgruebat q̄ persona filij que distinguit̄ a persona patris fm originem eam naturam acciperet in qua proprietatem filiationis retineret z hoc quidē factū est in humane nature susceptione. Nā quidē ipē qui ab eterno erat patris filius ex tēpore factus est filius virginis matris.

¶ Scda causa ē propter maiorez diuini exemplaris repsentationem ratiōe cuius homo dr̄ minor mūdus. Anima em̄ rationalis nō tm̄ repsentat deū prout cōsideratur in se scz in̄ gtum vnitur corpori qd̄ regit z in quo toto habitat sicut deus in maiori mūdo. Et hoc dicit Augustinus pluries Ratiōe huius maioris cōformitatis maior erat ratio vnibilitatis. ¶ Tertia ratio est ppter multiplicē hois cōpositiōez. Qr em homo cōposit' est ex natura corpali z spirituali: z quodāmodo cōicat cuz omni creatura sicut dicit gregorius. Hinc est q̄ cū humana natura assumit̄ et deificat̄ quodāmodo omnis natura in ea exaltatur. dū in suo simili deitati vnitur. Et hic est q̄ assumptio humane nature plus facit ad toti' vniuersi pfectionez: q̄ angelice: z iō maior ē i ea ɔgruitas ad vnionē etiā fz suā institutionē. ¶ Simil'r z fm reparationez maior cōgruitas in ea repitur ad vnionē triplici de causa scilicz: qr homo magis indigebat z minus indignus erat etiam plus ei proderat vt filius dei assumeret naturam suaz Magis indigebat qr totus lapsus fuerat. id est tota natura: vel spēs hois: minus idignus erat: qr p aliū corruerat: plus ei pderat: qr adhuc ī malo obstinatus nō erat. Quoniam ergo diuina misericordia ista tria pēsat in beneficijs q̄ impendit. Hic est q̄ deus qui est diues in misericordia ppter nimiam charitatez qua dilexit nos magis assumpsit humanam naturam q̄ angelicā: qr maior repericbatur in ea cōgruentia ad suscipiendū tantum beneficium diuine misericordie vt per illud releuaret̄ a miseria. Hec autē ratio que sumpta est ad humani generis repationem efficacior z principalior est q̄ precedēs. Quia vt supra precipua ratio incarnatiōis fuit humani gener̄ repatio. Ad id qd̄ obijcit̄ in contrarium. Primo dicendum est qr z si plus cōueniat intēsiue. non tamen plus extensiue. Homo enim cōuenit in spiritualitate ratione anime z corpus sup addictum facit ad cōformitatis maioritatē et sic vtroq̄ videlicet spiritu z corpe maior fit repsentatio exemplaritatis diuine. Ad id etiā q̄ obijcit̄ q̄ angelus mag̃ indigebat q̄ homo: dicēdū q̄ falsum est homo em̄ totaliter indigebat quia totaliter lapsus fuerat angelus vero nō. Et si obijcis q̄ angelus lapsus mag̃ indigebat q̄ homo lapsus. Dicēdum q̄ si magis indigebat minus tamē dignus erat quoniaz ex maiori superbia peccauerat Unde bernhardus in cāticis. Quis tā īdiget misericordia sicut miser. Et quis tam indignus est misericordia sicut miser superbus. Preterea ipsa assumptio angelice nature angelo lapso nō prodesset quia cū obstinati sint natural'r ipsi maliicia non inflammarentur ad humilitatem nec ad charitatem pexhibitionem tāti beneficij z exempli. Et id videmus hodie in multis peccatoribus quibus pter suam peruersitatē valde parum prodest incarnatio christi.

Circa tertiam distinctionem tertij sententiarum queritur. Utruz caro beate marie virginis fuerit sanctificata ante animationem. Uirgo est concretuz huius abstracti virginitatis. Nota q̄ virginitas capitur quattuor modis. Prio modo dici

citur esse integritas carnisq̄ da3 z sic oīs mulier nascitur virgo:et ista virginitas siue integritas carnis non est virtus moralis z meritoria patet quia nulla virt⁹ inest nobis a natura. Ite3 virginitas vt est virtus moralis z meritoria potest esse in vtroq3 sexu in differēter: virginitas que sola est integritas carnis reperitur in muliere solum. Et est quoddam pessulum vel quedā pellicula que vocatur castrum virginitatis. ¶ Secundo capitur p̄ inexperiētia cuiuscūq3 veneree delectationis in persona apta nata experiri. Isto modo Uirginitas est terminus priuatiu⁹ quia ponit negationē experiētie veneree delectationis z ponit aptitudine3. Ex quo sequitur q̄ angeli nō possunt habere virginitatem quia nō sunt apti nati. Et sic ista virginitas nō est virtus nec meritoria:patet quia est in pueris paruis qui non habent vsum ratiōis ¶ Tertio capitur pro habitu continendi ab omni venerea delectatione cum negatione voluntarie experientie de preterito. Isto modo mulier.xxv.vel.xxx.annorum que nunq̄ cecidit est virgo et est vere virtus z meritoria vite eterne.licet habeat voluntatem matrimonio coniungi quādo placuerit parētibus. ¶ Quartomodo capitur pro habitu continendi ab omni venerea delectatiōe cum negatione voluntarie experiētie de futuro p̄pter deum z isto modo diffinitur ab Augustino. Est continentia qua integritas carnis ipsa creatori carnis z anime vouetur conseruatur et consecratur:z est perfecta species continentie. Notandum q̄ virginitas se habet ad continentiam sicut magnificentia ad liberalitatem. Liberalitas eīm respicit materiā circa sumptus siue magnos siue paruos. Magnificentia autem solum magnos sumptus Et sic omnis magnificentia est liberalitas sed non econtra f̄m aristotelem.iiij. ethicorum. sic continentia dicit abstinentiam ab omni actu libidinoso illicito contra leges matrimonij z ista est in matrimonio. Continentia vero in virginitate Idest virginitas dicit continentiam ab omni coitu scilicet licito et illicito et sic omnis virginitas est continentia et non ecōuerso. Sola ergo virginitas mentis est virtus:patet quia caro non est susceptiua virtutis z gratie de se. Aliqua mulier etiam naturaliter loquēdo potest esse mater alicuius ipsa remanente totaliter virgine virtute:vt de oppressa violenter z contra voluntate3 suam que potest cōcipere. Uirginitas que est virtus potest in vtroq3 sexu deperdi per solam voluntatem experiendi delectationē veneream potest tamen recuperari per penitentiam nisi posuerit illam malam volūtatem in actum. Et aliqui doctores dicunt q̄ etiam virginitas carnis siue integritas potest amitti per solam volitionē intensam libidinosa3 vel in aspectu intētenso mulieris vel ecōuerso vel in tactib⁹ mulierum quia in talibus aliquando emittitur semen z potest frangi pellicula illa que dicitur claustrum virginale. Uirgo beata habuit omnes istas virginitates. Prima3 quia christus exiuit de vtero suo absq3 aliqua fractura z sic duo corpora fuerunt in eodem loco. Quartam habuit quia dicunt doctores q̄ ipsa vouerat virginitatem alioquin frustra dixisset non cognosco virum id est nō cognoscere proposui z noui. Sāctificatio virginis. Require in Uarillone.

Scd̄o queritur. Utru3 anima beate virginis fuerit sanctificata ante peccati originalis cōtractionē Require in sermone Nondum erant abyssi ¶ Sciendum circa scd̄3 articulum q̄ aliquod pōt esse in alio q̄nq3 modis Uno modo effectiue causaliter vł virtualiter et sic omnis effectus est in causa sua anteqū producatur sicut rana ē in sole virtualiter calor aque i ignezē. Et hoc modo omnia sunt in deo virtualiter. Alio

modo aliquid potest esse in alio materi/aliter sic tota dom⁹ anteq̄ fiat est in li/gnis et lapidibus ex quibus fieri debet ¶ Tertio modo fm rationem seminalem isto modo filius generādus in parentibus naturaliter anteq̄ concipiatur. ¶ Quarto mō seminaľr sicut quercus est in glande ꝛ petrocilium est in semine petrocilij. ¶ Nota dicti modi q̄cquid est in aliquo fm ratione seminalem est in eo seminaliter sed nō econtra: quia proprie ratio se/minalis est cōcubitu viri ꝛ mlieris. Un/de caro xpi fuit in lumbis priorū paren/tum seminaliter tāq̄ ex materia in qua prefuit quia sāguis virginis vnde fabricatum est corpus christi gessit vicem se/minis lꝫ ergo nō fuerit fm rationem se/minalē fuit tñ seminaliter. ¶ Quinto modo aliquid dicit esse in alio obiectiue vel tanq̄ in potentia appetitiua vt iohānes est in amore meo. Et hoc dupliciter vel habitualiter ꝛ sic sp est. vel actualiter et sic est dum eum actualiter amo. Ab ho/mos: id est particularis: vide textū. Ca/ro christi fuit peccato obnoxia. Ista ꝓ/positio est exponenda vel falsa: de rigore fmonis quia sanguis christi de quo for/matum est corpus christi nō erat corpus eius quia sanguis ille prius corrumpit et perdit formam sanguinis ꝛ conuertit in carnē. ¶ Secunda caro christi in pa/rentibus fuit seminaliter traducta. Si dicitur ꝙ fm legem concupiscentie est falsa: bene conceditur ꝙ fuit traducta seminaliter sed non fm rationeꝫ semina lem. Caro christi fuit decimata est falsa quia aliqueꝫ decimari in aliquo non est nisi a parentibus descendere fm ratio/nē seminalem.

Tertio queritur. Utrū

caro christi fuerit in parentibus aliter q̄ caro aliorum hominuꝫ fm legem propagationis. Dicendum ꝙ dupliciter est loqui de carne christi: aut quantum ad materiam vnde sumpta est. aut quan/tum ad formam fm quam anime christi coniuncta est et a verbo in vnitatem per/sone assumpta. Si loquamur de carne christi fm materiam hoc est de eo vnde facta est caro christi sic concedit a magi stro suo in littera ꝙ petō fuit obnoxia: qꝛ ante ꝯceptionē christi tota massa hu/mani generis corrupta erat sicut supra monstratum est. Si autem loquamur de carne xpi fm formā sic dicēdum est ꝙ nūquam peccato fuit obnoxia quia nunquam habuit illam formaꝫ ꝙ esset imunda et maculata. ¶ Secundum autem ꝙ caro dicitur dupliciter sic et de pro/pagatione dupliciter contingit loqui. Aut ratione materialis aut ratione formalis. Si rōne materialis cōtingit loqꝫ ꝙ sic propagata fuit ab adam vsq̄ ad virginem in tota illa genealogia: et to/ta illa propagatio fuit fm legeꝫ nature et concupiscentie. Si quantum ad esse actuale et formale sic concepta fuit a virgine ṗter legeꝫ nature et ꝯmunem le/gem concupiscentie. Et sic patet ꝙ vno modo dicendi cōcedi potest ꝙ caro christi materialiter loquēdo sic fuit in lum/bis parentum fm propagationem sicut caro aliorum hominū. hec est prima opi nio que est falsa fm magistruꝫ nostrum. ¶ Secunda opinio. Sed quoniam ca/ro q̄tum est de ratione sui nominis non nominat materiam ipsam tantū: sed ma teriam sub tali forma. et propagatio et lex ꝓpagationis addita ei quod est caro xpi respicit eius eductionem. fm esse ac/tualeale. hinc est ꝙ hec est ip̄ropria. imo falsa. caro christi fuit obnoxia et hec ca/ro xpi fuit ex parētib⁹ semiāliť traducta ꝓ eo ꝙ in oib⁹ q̄tū ē de vi sermonis pre/dicatū rōe materie tm̄ nō attribuiť sbie/cto sed rōe materie sb tali forma. Caro em̄ res est substātialis. ꝛ ideo q̄uis sup/ponat vbo ꝺ ṗterito opꝫ tñ ad idē tp̄s re ferri formaꝫ ṗdicati cū subiecto. ꝛ io oēs

ꝑdicte locutiões tãq̃ falſe ⁊ ipropele ſūt
negãde niſi ꝓferantur cū determinatiõe
ſcꝫ rõe material' ꝓncipij. Si aūt alicubi
abſolute ꝓferanť cū determinatiõe ſunt
exponēde. Cõcedēdū eſt ꝙ̃ ꝙ aliter fuit
caro xp̄i ſm ꝓpagationis legē in ꝑentibꝫ
q̃ aliorū hoim. Nã caro alioꝝ hoim or/
tum habuit a ꝑentibꝫ ſm ſemi alem rõnē
⁊ ſm legē cõcupiſcētie. Illud aūt dr̄ pro
cedere ſm rõnem ſeminalē qd̄ quidē exit
ineſſe ſm virtutē ⁊ oꝑatiõeꝫ nature ſicut
ſunt illa in quoꝝ ꝓductiõe natura nõ ſo
lum ſe hꝫ ꝑ modū obediētis ⁊ ſuſcipiētis
Immo etiã ꝑ modū nature agētis ⁊ dantꝭ
ſpēm ſiue cõpletionē. ⁊ hoc iportat ꝙ di/
co ſeminalis ratio ꝓprie loquēdo. Illud
aūt intelligiť traduci ſm legē cõcupiſcē
tie in cuius procreatiõe ↄcurrit feditas
delectatiõis carnis ex ꝑte viri generãtis
⁊ mulieris cõcipiētis: neutrū hoꝝ in ge/
neratiõe xp̄i fuit. Nam cõceptio eius mi
rabilis fuit et ſupra virtutē nature. Nõ
fuit eñ ex virili ſemĩe. pro eo ꝙ caro eiꝰ
cõcepta fuit ex ſola mr̄e. Nec ſm legeꝫ
cõcupiſcētie: qꝛ nõ interuenit delectatio
ex cõmixtiõe ſexus. Conceptus eñ fuit
ex caſtiſſimis virginis viſceribꝫ.

Quarto queriť. Utrū

corpus xp̄i ꝓductū fuerit ad ꝑfectã mo/
lem ſubito aut ſucceſſiue. Et qꝛ ſucceſſi
ue oſtendiť primo Luce. ij. Puer iſte cre
ſcebat. ſꝫ crementū etatis ſequiť cremen
tum molis ergo. Itē ſicut pꝫ ex hiſtoria
euãgelica xp̄s habuit neceſſitates infan/
tiles vñ ⁊ lactatus fuit a matre. Hoc au
tem non eſſet niſi puulus eſſet in q̄ntitate
ergo videť ¶ R̃nſio dicēdū ꝙ corpꝰ xp̄i
q̄ntum ad q̄ntitatē molis ad ꝑfectionē de
ductū eſt per ſucceſſionē tp̄is. ⁊ rõ huius
eſt qꝛ ꝑfectio quãtitatis illiꝰ corꝑis fuit
oꝑatõe nature cuius eſt oꝑari ſm ſucceſ
ſionē tp̄is. Si aūt querať vñ eſt ꝙ deus
corpus illud ad ꝑfectioneꝫ illius voluit
deduci mediãte nature oꝑatiõe. Dicen/
dum ꝙ hoc fecit deus valde ↄgrue. Hoc
eñ q̄uis aliomõ facere poſſꝫ ſic tñ fecit
ad cõfirmandã fidei firmitatē ⁊ veritatē
ad cõmēdandam humilitatis virtutē ad
cõſeruandam vniuerſitatis legē. In hoc
eñ fidei veritas cõfirmať dū manifeſte
oſtendiť ꝑ cõuerſationē ⁊ ſimilē modum
proficiendi in etate. ꝙ xp̄s nõ fantaſticã
ſꝫ verã carnē aſſumpſit ⁊ hoc q̄dē valde
fuit oꝑtunū: qꝛ ſine fidei veritate nullꝰ
eſt incarnatõis fructus. Hūilitatis etiã
virtꝰ in hoc cõmendať dū dei filius q̄ eſt
rex ⁊ dñs dominãtiū factus eſt paruulꝰ
et qui prius nullo indigebat. lacte ma/
terno ſicut alij puuli paſcebať: pãnis in-
uoluebatur. ⁊ alia plura geſſit q̄bus hu
militatis vilitas commendatur. Et hoc
valde oportunū fuit qꝛ ꝓpter hoc potiſ/
ſime deus deſcendit de celo vt ſuꝑbiã ex
tirparet. Uniuerſitatis etiaꝫ lex ⁊ ordo
cõſeruatur qꝛ vnicuiq̃ nature cõceſſit ꝓ
priã oꝑationē. nec vtitur miraculis vbi
natura per ſe ſufficienter pōt oꝑari. Et
qꝛ natura in xp̄o ſatis ſufficienter pote/
rat corpus xp̄i ad ꝑfectaꝫ q̄ntitatē dedu
cere ita ꝙ in nullo derogabať eius digni
tati. Ideo noluit xp̄s anticipare vt tãq̃
vniuerſitatis iuſtus adminiſtrator vnū
quodq̃ iuxta virtutē ſibi cõpetentē oꝑa
ri ſineret. Et hoc quideꝫ cõueniebat: qꝛ
naturã nolebat ꝑimere ſed reparare: ⁊ hoc
inſinuat quia maior ptãſuſum inferioꝝ
poteſtatis non debet abſq̃ cauſa priua/
re. Et ſic patet ꝙ valde rationabilr̄ deꝰ
corpus xp̄i ad perfectam quãtitatē mo/
lis deduxerit ꝑ temꝑis ſucceſſioneꝫ. No
ta quomõ poſſibile fuit deo formare cor
pus chriſti in tanta quantitate molis in
quãta fuit crucifixus: ſicut facit in cõſe/
cratione corporis ſui q̄tidie. Nota Au
guſtinus in tertio de trinitate tractans
illud verbum Ioh. xxi. Soluite templū
hoc dixerūt iudei. xlvi. annis. Hic nume
rus perfectioni dominici corꝑis ↄuenit
cõgrue qꝛ vt dicūt phiſici tot diebus for
ma humani corꝑis perficitur cū omnes
alij fere in. xli. diebus.

Quinto q̃ritur Utrum mẽbrorum formatio et distinctio facta sint subito an successiue in corpore dñico ¶ Respondeo dicẽdũ q̃ absq̧ dubio sicut dicit Aug⁹. scz in duobus primis articul' post oppositũ. Corpus xpi abinstanti cõceptionis habuit pfectionẽ organizationis. Et rõ hui⁹ sumi põt ex pte verbi assumẽtis: et ex pte virtutis efficientis: et ex parte virginis cõcipientis. Ex parte verbi assumentis: q2 nõ decebat illud assumere ptem hũane nature: vt esset hõ fm q̃d: sed totã humanã naturã et ita carnẽ et animã maxime cũ aia dat carni cõgruẽtiam vt vniatur cum diuina et humana natura: sicut ostensuz est supra. Et quoniã aĩa nõ est nata vniri nisi carni formate: organizate Jõ in primo instanti sue cõceptionis fuit corpus xpi ad pfectiõis organizationẽ deductũ. Rõ etiã est ex pte virtutis operantis: q2 ibi virtus diuina opatur mirabiliter. Hoc est enim miraculũ miraculorum q̃ femina cõcipiat deum. Et iõ ad sue miraculose potentie ostensionẽ subito formauit illud corpus q̃ natura nõ potest formare nisi successiue. Rõ vero nihilomin⁹ est ex pte virginis cõcipientis que statim vt ↄsentit replet a fuit spũsancto et mater dei effecta. Juxta illud qđ angel⁹ ãnunciabat. Et qm̃ mater dei nõ esset nisi de⁹ quẽ conceperat vnit⁹ eẽt carni et caro: nec deo nec anime ↄgruebat nisi haberet mẽbrorum distinctionẽ cõuenientẽ. Hinc est q̃ ab instanti ↄceptionis corpus xpi debuit ĩ membrorum distinctione pfectũ esse.

Circa quartã distinctionẽ querit. Utrum filij dei incarnatio debeat appropriari patri an spũi sancto. ¶ Nota drĩam inter propriuz et appropriatũ. q2 ppriũ vni soli psone conuenit vt generare ↄuenit patri. Appropriatuz autẽ est illud q̃ attribuitur vni persone vel propter errorem vitandum vel propter veritatem manifestandum: Propter errorem vitandum: vt potentia attribuitur patri propter hereticos qui dixerunt patrem antiquum et debilez. Sapientiã filio quia dicebãt insipiẽtem. Clementiã spũi sancto: q2 dicebãt esse eum spiritũ tempestatis. Licet pat et filius et spũssanctus sit vna potentia: sapientia et bonitas et tñ ↄueniat vni sicut alteri. Propter veritatem et c. dicit. Quia amor in diuinis capit dupliciter Uno mõ eẽntialiter et ↄuenit trinitati. Alio mõ personaliter: et sic ↄuenit spiritui sancto inq̃tum spũssanctus procedit a patre et filio p modũ doni et amoris Paternitas ẽ habitudo siue relatio producentis naturaliter filiis pducto ĩ naturali intelligibili vel sensitiua. Unde paternitas vt dicit Aresto. fundat sup genuisse. Dicit naturaliter et nõ libere: et spũsanct⁹ nõ dicit filius patris vel filij q2 debent ↄuenire in specie: ideo sol nõ dicitur pater lune. Dicit etiã sensitiua q2 bene est paternitas inter bruta ↄ aliquos: et p istã diffinitionem pz diffinitio filiationis que ẽ habitudo producti naturaliter filiis pducenti in natura intelligibili vel sensitiua. Rñdeo ad questionẽ q̃ opus incarnatiõis manifestatiuum ẽ diuine potentie sapiẽ et bonitatis: fm diuersas cõditiões in ipo repertas. Cõtigit em̃ loqui de ipo scz ope quãtum ad vnibilia et q̃tuz ad vnionis modum et q̃tũ ad vnionis fructũ. In cõparatione ad vnibilia inter que est infinita distantia manifestat diuina potentia. In cõparatione vero ad vnionis modũ con gruentissimũ put cõpetebat ad hũanuz remediũ manifestat dei sapiẽtia: quia ille qui vicerat hominẽ p hominẽ victus est. ¶ Et nota q̃ deus potuisset nos aliter redimere si voluisset: vt mittẽdo vnũ angelum vel creando aliquẽ hominẽ purũ sine peccato sed non tñ manifestata fuisset dei sapia. In cõparatiõe vero ad

fructū siue effectū ꝯsequētē q̄ se obtulit deo p̄ri in odorē suauitatis manifestaꝛ diuina bonitas: mīa: ⁊ charitas. Et hoc est q̄d dicit Damas. lib. iij. cap. ij. Mōstraꝛ sīl' in incarnatiōe. bonitas iusticia. ⁊ sapiā. Bonitas quidē. q꞉ nō despexit ꝑꝑrij plasmatis infirmitatē ʒ sʒ viscera ei⁹ cōmota sunt ipo cadente: manū porrexit iusticia qm̄ hoīe victo ñ aliū fec̄ vincere tyrānū. Sapiā: qm̄ inuenit aporiā id ē vulneris difficilis curā decētissimā. Qm̄ ḡ in incarnatiōis ope fm̄ ꝯpatiōnes diuersas ꝯuenit ꝯuenire appropriata tribus ꝑsonis valde excellēter ⁊ p̄cipue Hinc ē ꝙ ꝯceptio cuʒ sit opus triū ꝑsonaꝝ appropriari pōt trib̄ ꝑsonis fm̄ diuersas cōpationes sicut ondunt rōnes. Scriptura tñ magis appropriat spiritui sancto: vt pʒ Luce p̄mo ꝗ̄ alicui triū ꝑsonarū. Et hoc duplici rōne. vicʒ ꝑpter erroris exclusionē. q꞉ in ꝯceptiōe hūana ꝯsueuit se īmiscere feditas cōcupiscētie: ac ꝑ hoc originaꝛ culpa. Ne illud ergo dicaꝛ fuisse in ꝯcōceptiōe xp̄i dʒ ꝯceptus fuisse de spū sancto ad excludēdū carnalē ꝯmixtionē ⁊ ꝯcupie feditatē. Alia rō ē propt̄ veritatꝭ manifestationē. Jllud em̄ ꝙ maxime ꝑparauit virginē ad filij dei ꝯceptionē fuit amor diuin⁹. Unde queadmodū mlier ꝯcipit ꝑ viri dilectionē ⁊ ip̄i⁹ adhesionē q̄ est cuʒ desiderio ⁊ amore virtutis gn̄atiue. sic btā virgo propt̄ amoris singularitatē ꝯcepit deū ex deo: ⁊ iō ꝯcepisse dr̄ de spū scō. Et hāc rōnē assignat Hugo de scō victore in quodā suo libro vbi sic dic̄. Cōcepit virgo maria de spū scō nō ꝙ de sp̄s sancti sub̄a semen ꝑtus accepit: sed ꝙ ꝑ amorē ⁊ opatiōeʒ sp̄ūsancti et carne virginis diuino ꝑtui sub̄am mīstrauit. Nā q꞉ amor singularit̄ in corde ardebat. iō in carne ei⁹ mirabilia faciebat amor. ff. Cui⁹ dilectio: quia in corde nō suscepit sociū. ideo opatio in carne illi⁹ non habebat exemplū. Et sic patet ꝙ propter erroris exclusionē ⁊ veritatis manifestationem incarnatio filij dei potissime appropari debet spūi sancto. Et propter has rōnes duas frequenter in scriptura fit appropriatio.

Tertia questio.

Utrū xp̄i cōceptio vel incarnatio fuerit ex mera gratia. An hoc impetrauerūt patrū merita sanctorū. ¶ Respondeo dicēdū ꝙ de beneficio incarnatiōis sicut de aliis bn̄ficijs diuinis loqui est tripliciter scʒ Quantum ad substantiā vel essentiā. ⁊ Quantum ad efficaciā. Et quantū ad circūstantiā. Si loquamur de ip̄o quātum ad essentiā sic dicenduʒ ꝙ illud beneficium erat supra sanctoꝝ patrū merita. Propterea quia nō est iuste retributionis sed dignationis eminētissime: ⁊ nō sequitur merita hoīs lapsi sed potius ē fundamētū omnis meriti: q꞉ null⁹ deo placere potuit post lapsum absqꝫ fide illius beneficij vel. in gn̄ali vt supple simplices vel speciali: vt prophete ⁊ sapientes. Et fm̄ hanc viam ꝑcedūt rationes ⁊ auctoritates ad p̄mā partē inducte. Sicut patet p̄me Thimo. iij. Apparuit benignitas ⁊c̄. Sed appropatio illa benignitatis ⁊ humanitatis ē filij dei hūanatio: sicut in glosa dicit: ergo videꝛ ꝙ filij dei hūanatio ñ fuerit mediātib⁹ nostris meritis. ¶ Jtem super illud psā. Respice in testamentū tuū: glo. meminit ꝑmissionis: q꞉ merita deficiūt: ⁊ loquitur de ꝑmissione incarnatiōis. ḡ. ¶ Si vero loqmur de beneficio incarnatiōis quātū ad efficaciam sic cū eius efficacia esset duplex. videlicʒ ꝙ ordinabatur ad liberationē a seruitute culpe ⁊ a reatu carentie visionis dei: quodāmodo cadit sub merito: quodāmō nō. Nam quātuʒ ad liberationē a reatu carētie diuine visionis ⁊ captiuitate diaboli. Hoc meruerunt sancti patres ⁊ cadit sub merito. ¶ Nota ꝙ Scotus dicit cōtrariū ⁊ est ꝯtra hoc. Quātum vero ad ereptioneʒ de statu culpe nō cadit sub merito: nisi

quis large sumat meritum ad meritum cogrui z codigni. ¶ Si vero loquamur de beneficio incarnationis quantuz ad tempozis circūstantiā potest cocedi abs qz calūnia qz cadit sub merito ecclesie p̄cedentis. Sancti enim patres flagrantissimis desiderijs meruerūt incarnationis accelerationē. In quarū persona dicit ysaias.lx. Utinā dirumperes celos z descenderes zc̄. Et sic patz qz incarnationis beneficium quātū ad essentiā nō cadit sub merito: quātū vero ad tēporz. circūstātiā cadit sub merito. ¶ Quātū vero ad efficaciā mediā quodāmodo cadit sub merito: quodāmodo non. Si tu obijcias qz deus nō citius incarnatus ē: qz disposuerat ab eterno ꝑpter merita patrū. Dicendū qz ꝑpter merita patrū deus p̄uiderat se accelleraturū: z sic fecit sicut puiderat.

Tertio querit. Utrum meruit beata virgo xp̄m cōcipere. An fuerit cōceptio illa solū ex munere gratie dine. ¶ Respondeo dicendū qz ē loqui de merito fm triplicem gradū z differantiam. ¶ Est enim meritum primo Congrui in quo peccatoz dicit gratiaz sibi mereri cū ad gratiā se disponit z preparat. Digni quo scz vir iustus ozat ꝑ alio z meret exaudiri. Condigni q̄ quis ex tanta charitate meret tātaz gratiam ¶ Dico ergo qz beata ṽgo maria cōcipere filium dei ante incarnationē meruit merito congrui: quoniā p̄ nimia sua puritate z humilitate z benignitate ydonea erat vt efficeretur dei mater. Post annūciationē vero postq̄ ꝯsensit z spiritussātus incopiositate gratie in eam descendit nō solū habuit ꝯgruitatē sed z dignitatem: z extunc meruit nō solum merito congruitatis sed dignitatis obumbrari z inpregnari virtute altissimi. Sed merito cōdigni nō potuit mereri cōcipere filiū dei. Pro eo qz hoc excedit omne meritum: z etiam qz erat ipsius meriti gloriose virginis fundamentū. Siue etiaz dicamus deum fieri hominē: siue dicamus mulierē fieri matrem dei. Utrūqz ē supra statū que debetur creature: z io tam hoc q̄ illud fuit fuit benignitatis z gratie. Et propterea sicut dixi qz gratiā primā potest mereri iustus precedenti merito dignitatis: nō tm̄ merito congrui: ne ergo ꝑderet rationē gratie Sic potest cōcedi qz beata virgo nō merito cōgrui sed merito dignitatz meruit conceptionē illam nō solum cōgrua sed z digna. ¶ Ad illud qd̄ obijcitur qz maiꝰ ē meritū totius ecclesie q̄ virginis marie Dicitur qz q̄uis est maiꝰ meritū patruz q̄ virginis extensiue: nec tamē opoztet qz intensiue: quia beata virgo postq̄ annunciatione audita ab angelo: sanctificata fuit a spū sancto munere gratie tanto est plena vt aliquid possit mereri digne qd̄ nō possent si omnes alij eēnt congregati simul. ¶ Nota qz aliq̄ dicuntur maxime distantia dupliciter. Primo ꝑpter diuersitatē quia in nllo vt in paucz cōueniunt: z sic distant deus z creatura sic etiā quātitas z albedo. Alia sunt distantia propter repugnantiā: qz in vno sunt impossibilia z tamē nō sunt diuersa: quia in multis cōueniunt vt albedo z nigredo: caloz z frigus: que sūt eiusdē rationis z generis. Sic autē deꝰ z creatura nō distant: z sic de primis nō est verum qd̄ dicitur que distāt minime sunt vnibilia. quia deus z creatura quāuis maxime distent propter diuersitatez nō tamen sunt incompossibiles siue repugnantes: immo maxime conuenientes. ¶ Nota multitudo naturarum non repugnat persone: vt ptz in xp̄o: nec multitudo personarum obuiat vnitati nature: vt patet in diuinis Ideo errat qui d. ē qz simplicitas siue vnitas opponitur multitudini: sed simplicitas opponit cōpositioni.

Quarta questio. vtrū beata maria sit genitrix dei appellāda. Nestorius hereticus dicebat q virgo maria genuerat purū ho minē scʒ xpm: ido diceba: eam mrem xpi sed nō dei intelligendo per xpm puꝝ hominē qd tamē ē falsuʒ:q2 xps sigt qd deus. Propterea dicit Damascenus dei genitricē nequaq̄ appellam⁹ xpo:tocon.i.xpi genitriceʒ sed vocamus theotocon.i.dei genitricē Rn̄deo ad qōnē q vba fidē xpianā cō pmētiā debēt eē ab errore lōgiqua z deuotioni approximanda:maxime illa in q̄bus est sermo de virgine maria. Ipa em cunctas hereses interemit in vniuerso mundo.veritatē in seipa ɔcipiēdo z pariēdo Ipa aūt toto hūano generi recōciliatiōꝫ pmeruit merito ɔgrui. Et iō erga eā debꝫ oīs xpianoꝝ deuotio ardere z ppterea q2 illū ɔcepit q̄ nō tm̄ diceō⁹ ē xps ppter vnionē sed etiā deus verus: ppter eternā generationē. Jō dei genitrix debet dici vt ex ipo vocabulo honoref z impietatis error extinguaf qui dicē mariā ɔcepisse puꝝ hominem.

Circa quintā distinctionē querif. vtrū assumere sit actus ɔueniens diuine nature. Per assumptionē z vnionē ypostaticā idem intelligo:tn̄ vltra assūptio tria ipoꝛtat. Pꝛio actionē:terminationē:scdo tertio relatōꝫ Actionē q̄deꝫ ipoꝛtat. q2 assumere ē ad se sumere siue trahere:z rōne huius pn̄cipalif ɔuenit dine nature :q2 possum⁹ dicere hoc mō q pr̄ assumpsit naturam hūanā effectiue z etiā spūs scō effectiue sicut filius. Jnq̄tum aūt assumptio importat terminationē hoc solū ɔpetit filioscꝫ scdē psone:z tunc est falsa ista: pr̄ assumpsit naturā humanā. Jnquātum autē importat relationē cōpetit tā persone diuine q̄ꝫ humane nature.q2 ɔcedi tur q psona dīna vnitur hūane nature.

z etiā q natura hūana vnif diue nature

Resolutio stat in septē dictis:quoꝝ pꝛimū est q istud verbum vnire z assumere ipoꝛtant principaliter vnionem diuine nature ad humanā naturam differunt tn̄ fm modū significandi:vt patet.¶ Secundū dictū qd est q verbum vniendi dicif ab vnione q̄ magꝭ impoꝛtat relationē q̄ꝫ actionem. vbum autem assumendi dr ab assumptione q̄ magis impoꝛtat actionē q̄ꝫ impoꝛtat relationē.¶ Tertium q̄uis cōcedatur q diuina natura vniaf sibi naturā humanum z eidem vniatur. Nullo mō tn̄ conceditur q diuina natura assumaf. Non enī alia vnione vnif diuina natura humane q̄ꝫ humana natura diuine nature et idcirco vnitur diuina natura humane nō vnione pꝛopꝛia sed vniōe qua humana sibi vnif. Jlla vero nō cōceditur q diuina natura nō assumaf:q2 assumi dicit passionē:sed diuina natura nō habet passiōeꝫ nec pōt pati:g nō pōt assumi.¶ Quartum dictū dr̄nt vnire z assumere adinuicē.q2 vnire nō dic terminum intrinsecū relatiōis vl actiōis determinate:sed assumere impoꝛtat terminū intrinsecū tam actiōis q̄ꝫ relationis. Termin⁹ qui assumif in ista vniōe ē natura hūana.termin⁹ q̄ assumit ē natura dīna.¶ Quintū cū istud vocabulū assumere ipoꝛtat relationē z actionē: tamē termin⁹ ille interi⁹ intellect⁹ pōt referri ad vtrūq̄ꝫ vel ad alterū tm̄ :ipoꝛtat aūt actionē que facta est a tota trinitate relationē vero:q2 hec assumptio nō est nisi vnio. Jlle dr̄ interi⁹ intelligere q̄ clarius z pfundius intelligit.¶ Sextū si verbū assumēdi ipoꝛtat sif actioꝫ z relatioꝫ tūc natura dīna nō dr̄ assumere naturā hūanā:q2 qn̄ assumere ipoꝛtat vtrunq̄ꝫ: tūc qn̄ dr̄ de aliq̄ mō ipoꝛtat illud soluꝫ eē vnitū sed ipoꝛtat eē vnitū tali vnione naturali. Natura diuina nāq̄ꝫ nūq̄ꝫ assumit naturā hūanā in vnione nature.

Septimū si iste termin⁹ assumere ipor/tat relationē solū ꝛ vnione: tūc pt̄ ꝯcedi ꝙ diuina natura: naturā hūanā assūpsit ꝛ sibi vniuit ¶ Nota ꝙ ydea ē rō eterna in mente diuina fm quā aliqd ē forma/bile ad extra. Et capit ydea dupliciter. Uno mō ꝓ forma denoiate: ꝛ tūc nō est aliud nisi cognitio diuina. Alio mō ca/pit ꝓ denoiato: ꝛ tūc ydea non ē nisi res cognita in mēte diuina. ydee in mēte di/uina sūt vnū in suba cap. ēdo ꝓ forma de/noiato siue ꝓ simplici cognitiōe diuina: tū ꝓ cōnotatꝫ distinguūt: qꝛ alia ydea/lapidis alia hois ꝛc̄. ydea lapidis est la/pis cognit⁹ a deo. ydea equi est equ⁹ co/gnitus a deo.

Querit secūdo. Utrū

assumere ꝯueniat dine ꝑsone ¶ Resolu/tio ē ꝙ assūptio iportat actionē ꝛ relati/onē ꝛ t'minū vtriusqꝫ scꝫ actōis ꝛ relatio/nis. Hoc ē ꝑsonā assumētē ꝛ naturā que assumit. Et rōne istoꝝ triū actiōis rela/tionis ꝛ t'mini assūptio cōpetit ꝑsone di/ne non cuilibꝫ sed filio. Nā dine ꝑsone cōuenit oē ꝑncipiū actiuū ꝛ rōnabil' na/ture suppositū. Utrūqꝫ spectat ad eius dignitatē ꝛ nobilitatē. Et iō dina perso/na pt̄ hūanā fabricare tanqꝫ ꝑncipium effectiuū ꝛ stabile: tāqꝫ ꝓpriū suppositū Ita ꝙ eiusdē cause erit causale ꝑncipiū ꝛ suppositū ꝑsonale: ꝛ ita ꝑ ſ̄ se hꝫ in rōe ꝑncipij ꝛ rōne medij ꝛ in rōe t'mini. Ra/tione ꝑncipij cōpetit actio Rōne medij relatio. Rōne vtriusqꝫ t'mini t'minatio. Diuina eī̄ ꝑsona fecit vt ptes nature vnirētur in se. Iō cōcedēdū ē ꝙ hec assū/ptio cōpetit diuine ꝑsone. s. filio.

Querit tercio. Utrum

assumere ꝑsone cōueniat rōne nature an ecōuerso. Pro declaratōe aduertēdū ꝙ ꝙ q̄stio includit duas causales. Pria ē. vtꝝ hec sit ṽa: qꝛ ꝑsona dina assumit na/turā hūanā: iō natura dina assumit na/turā hūanā. Ul' hec qꝛ natura dina assu/mit hūanā. Iō ꝑsona dina assumit natu/rā hūanā. ¶ Resolutio stat in q̄ttuoꝛ di/ctis. Primū ē qꝛ tria sūt intelligēda h⁹ vocabuli qd̄ ē assumere scꝫ actio: relatio termiatio Scdꝫ assūptio iq̄ꝝtū actio cō/petit ꝑsone rōne nature. Tertiū dcm̄ ē ꝙ assūptio inq̄ꝝtū ē t'miatio ꝯpetit nat'e rōe ꝑsone. Quartū ē ꝙ assūptio inq̄ꝝtū relatio cōuenit tā nature q̄ꝫ ꝑsone dine ꝛ nō rōne ꝑsone nec rōne nat'e. pꝫ qꝛ sicut ꝑsona diuina vnit nature humane. Ita ꝛ diuina natura vnit nature humane.

Querit quarto. Utrū

hec sit cōcedēda: Diuina natura ē caro fcā. ¶ Resolutio tota stat in duabꝫ pro/positiōibꝫ. Pria ē ꝙ ista dꝫ admitti ꝛ cō/cedi ꝛ sic intelligi dina natura ē incarna/ta qꝛ scꝑta legit a doctore autētico Da/masceno Aymus oēm ꝛ ꝑfectā naturaꝫ in vnā ypostasim incarnatā esse: nec sim/plicit' iꝓpria: duplicē tñ fac̄ intellectuꝫ quoꝝ vn⁹ ē veri⁹ ꝛ catholic⁹ licet ali⁹ sit ambigu⁹ pꝫ hoc ꝓpriarōe sic. Ois ꝓpō ē admittēda q̄ ē catholica vera ꝛ ꝓpria: sꝫ ꝑdicta ē hmōi. ꝛc̄. mioꝛ pꝫ: qꝛ illa ꝓpō hꝫ duplicē sensū vt dictū ē. Prim⁹ ē di/uina natura ē incarnata. i. carni vnita: ꝛ in isto sensu ē vera ꝛ ꝓpria. Ali⁹ sensus ē diuina natura ē incarnata. i. caro facta ꝛ iste sensus ē iꝓpri⁹ ꝛ dubi⁹. Scd̄a. hec ꝓpō natura dina ē caro facta nō ad/mittit a schola theologoꝝ fm Scotum sola ē ṽa ꝑ ydēptitatē vt sit sensus. essen/tia dina ē ille q̄ ē hō: ꝛ qꝛ ē iꝓpria ꝛ redu/cit ad vnā q̄ ē ꝓpria imediate scꝫ ad istā. De⁹ ē hō: ē cōcedēda: sꝫ scd̄a scꝫ ista essē/tia dina ē caro nō ē aliq̄ mō admittenda qꝛ reducit imediate ad istā. eēntia dina ē hō qꝛ ē etiā iꝓpria. ꝛ ē sens⁹. dina nat'a fm qdlibet sui siue fm se totā ē incarna/ta qd̄ ꝯ q̄sdā hereticos dicētes ꝙ diuina natura fm vnā ptē sui ē icarnata ꝛ non fm aliam.

Quinta questio. Utrū

sit cōcedēdū ꝙ hūana naƚa sit assumpta
a deo. ¶ Resolutio ē ꝙ vere ꝛ ꝓprie lo
quēdo cōcedi pōt ꝛ dꝫ hūanā naturā a
deo assūptā esse. Pro eo ꝙ Phs dicit ꝙ
natura accipiƚ ꝑ ꝟa forma ꝛ ꝑ vera ma/
teria. ꝛc̄. Alioqn perit fides nr̄a cꝰ septē
articli r̄spiciūt diuinitatē ꝛ septē ꝗ̄litatē
Sꝫ ꝯ̄ arguiƚ. oē qđ assūiƚ ab aliq̄ i vniōꝫ
acq̄rit aliquā ꝓprietatē eiꝰ cui vniƚ: sed
natura hūana nō acq̄rit aliā ꝓprietatez
ꝟbi diuini cū cōicatio ydiomatū nō fuit
in abstractꝫ. igiƚ ꝛc̄. Rn̄deƚ ad minorez
ꝙ hūana naƚa rōe suppositi: h̄ ē i ꝯcreto
bn̄ acquirit ꝓprietates dei lꝫ nō rōe for/
me. i. i abstracto. Licet ei ꝯced imꝰ istā:
hō ē d eus: nō tn̄ ꝯcedimꝰ istā: naƚa hu/
mana ē deꝰ: lꝫ hōet naƚa hūana idē sint
ꝛ h̄ ꝓpter diuersos modos s̄candi. Na/
tura ꝗ̄ hūana in abstracto nō acq̄rit pro
prietates diuinas ꝛ h̄ intellige in recto:
qꝛ i aliquo bn̄ acq̄rit: vt lꝫ non dicamꝰ
natura hūana ē deꝰ: bn̄ tn̄ dicimꝰ ꝙ na/
tura humana est in deo.

Questio sexta. vtrum

deꝰ assūpserit hūanā ꝑsonā. Deꝰ h̄ sup/
ponit pro ꝑsona filij dei scꝫ xp̄i. ¶ Re/
solutio stat in vno dicto in q̄ oēs ꝯueni/
unt. Et ē tale. Hec ꝓpō ꝙ ꝑsona diūa
assūpsit ꝑsonā hūanā ē falsa q̄cunqꝫ mō
intelligaƚ. Et h̄ intelligiƚ tribꝫ modis.
vt pꝫ in textu. ¶ Nota ꝙ sunt duo arti/
culi p̄ncipales in fide nr̄a. Primꝰ est de
trinitate determinat fides catholica ꝙ sīt
tres ꝑsone in vna eēntia q̄ ē oīno immul
tiplicabilis ꝛ indiuisibilis ꝛ singularissi
ma q̄ tota ē in q̄libet. Scđs articulꝰ p̄n
cipaƚ ē de incarnatiōe ꝟbi vbi ponimus
multitudinē naturaꝝ qꝛ in xp̄o sūt pl'es
nature. s. natura hūana creata: ꝛ natura
diūa increata. Natura hūana humilis
tpaƚ ē creationē. Et d na natura ꝑ eēnā
generationē.

Septimo queriƚ vtrū

sit ponere intentionē ꝑsonalitatꝫ in aīa
sepata oi vniōe circūscpta. ¶ Rn̄deo lꝫ
mgr̄ sniaꝝ ꝛ Hugo de scōvic. Dixerunt
ꝙ aīa sepata a corpe ē ꝑsona. tn̄ cōiƚ ma
gister ꝛ doct. parisienses tenēt oppositū.
In h̄ errauit mgr̄ ꝛ ē p̄: nꝰ error illiꝰ ter
cij. Ipe em̄ tenuit octo errores in libro
sniaꝝ. Duos in q̄libet lib. In p̄mo lib.
dist. xvij. dic̄ ꝙ charitas q̄ ē amor dei ꝛ ꝓ
ximi n̄ ē q̄d creatū sꝫ ē spūssanctꝰ. Secū
dꝰ di. xxiiij. poniƚ vbi dic̄ ꝙ hec noīa tri
nus ꝛ trinitas n̄ ponūt q̄d positiuū i đo
In. ij. lib. dist. v. dic̄ ꝙ in angelƚ btis pre
miū p̄cessit meritū. Scđs ē ibidē: dic̄ ꝙ
nihil de ali vēto trāsit in ꝟitutem hūane
nature. In t'tio lib. dist. v. dic̄ ꝙ aīa se/
pata ē ꝑsona. scđs ibidē: dicit ꝙ xp̄s i tri
duo fuit hō In. iiij. lib. dist. i. dicit ꝙ ba
ptismꝰ iohānis cū iposiōe manuū equi/
pollebat baptismo xp̄i. scđs ibidē dicit
ꝙ deꝰ p̄t cōicare potentiā creādi creatu
re. Vn̄ licet seminauerit multos errores
q̄ nūc reputāƚ errores sic de ꝯceptiōe ꝛc̄
tn̄ isti ꝓpositi apud oēs veros doctores
ꝛ ab oi schola repudianƚ ꝛ ꝯdemnantur
Dico ꝗ̄ ꝙ aīa sepata a corpe nō est per/
sona. patet in textu.

Octauo queriƚ vtrum

cōcedendū sit ꝙ deꝰ assūpsit hominem.
¶ Rn̄deo dicēdū ē s̄m fidē nr̄am ꝙ hōꝛ
hūanitas nō sūt totaliƚ eadē. Ita ꝙ q̄c/
q̄d ē hō ē hūanitas ꝛ ecōtra. pꝫ qꝛ suppo
nūt ꝑ rebꝫ diuersis: ita ꝙ hec ē vera. filiꝰ
dei ē hō. ꝛ hec ē falsa: filiꝰ dei ē hūanitas.
Ideo dico ꝙ hūanitas sic diffiniƚ. Hu/
manitas ē natura ꝯstituta ex corpore ꝛ
aīa rōnali ꝛ nihil aliđ connotat: ꝛ sic pꝫ
ꝙ hūanitas nō đꝛ de filio dei. Nā ꝯcedi
mus ꝙ filius assumpsit naturā humanā
ex quo sequiƚ filiū dei nō eē scꝫ naturam
humanam qꝛ est regula fidei inter assu
mēns ꝛ assūptū ē realis distinctio. Eadē
rōne nō ꝯcedimus istā: filiꝰ dei assūpsit
hominē qꝛ filiꝰ dei ē homo. Idē aūt nō
assumit seipm̄. Ista ꝓpō est vera que đꝛ
ꝙ hec ꝓpō est iproprie: filiꝰ dei assūpsit.

hominē propter duplicē causam: tū propter defectum distinctionis: tū propter defectu3 ordinis: q2 assumere importat quē/ da3 ordinē z respectū eius qd naturalir antecedit ipam assumptionē. ¶ Cum g necesse sit illud qd assumit psupponi z p/ cedere saltē naturaliter ipam assumpti onē nō potest recte 9cedi q de9 assum/ psit hominē cum esse humanū vt visum est non precedat sed sequit ipam assum/ ptionem.

Nono querit. vtrum sit cōcedendū q filius dei assumpsit hu manitatē. ¶ Rñdet p duas ppositiões. pma ē. q humanitas capit tripli̇r. Primo pro ptibz 9stituentibz hominē: z isto mo do capit sepe in sacra scriptura: vt cum d2. Hō interior z homo exterior. Et eti am in epistolis salutātis frequēter op/ tatur alicui salus in vtroq3 homine zc. Secundo capitur pro natura humana resultante ex talibz partibz distincta rea liter ab illis: z ista humanitas est media inter res corporales z spirituales: quia per corpus conuenit cum rebz corpora/ libus: z per animam cum angelis: z ista humanitas est vel potest dici fm Grego riū omnis creatura: quia participat cu3 omni creatura. Tertio capitur pro qua cunq3 proprietate consequente ipam na turam humanam vt risibilitas. ¶ Se/ cunda propositio. quocūq3 modo capia tur humanitas verum est simpliciter q filius dei assumpsit humanitatem. pat3 in libro ista propositio.

Circa sextam di/ stinctionem queritur. vtrū xps sit duo. ¶ Pro declara tione huius questionis est aduertendu3 q duo capitur dupliciter. scilicet masculine z neutraliter. Quan/ do est masculini generis: tūc semper po nit diuersitatem in personis. z sic duo in uenitur in diuinis. Quando autem ca/ pitur neutraliter ponit distinctionem z diuersitatem in natura: z sic nō inueni tur in diuinis. Et sicut dictū de duob9 masc. gener: sic dicēdū est de duobz femi nini generis/ sc3 q ponit differētiā in per sona: vt d2 in simbolo. Alia ē psona pa/ tris z alia filij ē ¶ Scdm pdicta diuisiōis istius nois duo. Pono tres propositio/ nes. Prima q xps nullo mō dicendus ē accipiendo duo masculine: p3 quia xps nō est due psone. Secūda xps nullo mo do dicendus ē duo capiēdo neutraliter patet: q2 due nature nō pdicat in abstra cto de xpo: nec ē due nature. lic3 eni ista sit vera: xps ē natura diuina: tn̄ ista ē fal sa: xps ē natura humana. Tertia l3 xps non sit duo nec masculine nec neutralit pōt dici q in xpo sunt duo: capiēdo duo neutraliter. Hoc potest 9cedi q xps h3 duo neutralit. patet: q2 habet in se duas naturas sed illud d2 habere duo neutra liter eo q h3 duas psonas: g zc. ¶ Reso lutio tota stat in vna distinctiōe z quinq3 ppositioibz. Distinctio ē q xpm eē duo intelligit tripliciter. Primo q xps sit duo id est due nature. Scdo q dicat eē duo id est due psone. Tertio q dicat eē duo .i. due res nature siue duo supposita Vñ res nature z ypostasis z suppositū ide3 pe nitus sunt z pro eode3 accipiuntur. Nā vt dictum est in isto tertio suppositu3 in diuiduum z persona differunt: quia om ne suppositum est indiuiduum z nō econ tra: et omnis persona est indiuiduum et non econtra. Dico vlterius q res natu/ re nō diuidit de indiuiduis accidentiu3 nec etiam de substantijs incompletis id est de corpore z de anima. In ista distin ctione ponunt due ppōnes: qua3 pma est: q nullus vnq3 doctor posuit q chri/ stus sit duo. id est due nature. Littera hereticum ē simpliciter d cere xpm esse duo loquēdo de dualitate psone: patet per simbolū. Nō duo tn̄ sed vn9 ē xps. p3 ergo q xps nullo modo ē duo s3 vnū

¶ Iuxta oīa p̄dc̄a ponā octo ꝓpositio/nes ꝑ ordinē vt simus cauti in loquēdo circa istā materiā. Et harū septē erunt negatiue z catholice z ꝑ ꝯseq̄ns affirmatiue eis opposita sunt heretice cessande. octaua erit affirmatiua z heretica. Prima ꝑs nō ē due ꝑsone. Scd̄a in xp̄o non due persone. Tertio xp̄s nō ē duo supposita. Quarta in xp̄o nō sūt duo supposita. Quinta xp̄s nō est due res nature seu ypostases. Sexta in xp̄o non sunt due res nature vel ypostases. Septima xp̄s nō est duo indiuidua. Octaua, q̄ ē heretica in xp̄o sunt duo indiuidua.

Secūda questio. Utrū

persona xp̄i sit vna vnitate simplici: an ꝯposita ¶ Resolutio tota q̄ōnis stat in vna diffinitōe z q̄nq̄ ꝓpositiōib9. ¶ Distictinctio est talis. Cōpositio capitur dupliciť scz ꝓpͤ z large Quid sit ꝯpositio proprie dicta sic potest describi. Est vnio aliquoꝝ duoꝝ habentiū inclinatio nē mutuā ad cōstitutionē vnius tertij. ¶ Secundo capiť large: z sic pōt descri/bi. Est alicui9 nature vel entis cuz alio positio siue cōstituāt vnū tertiū siue nō ¶ Prima ꝓpositio. Persona xp̄i nō pōt dici cōposita nec ē in ꝑsona xp̄i. Cōpositio ꝓpria dicta pz in libro ꝑ argumenta ante oppositū. ¶ Scd̄a asserere ꝑsonam xp̄i esse cōpositā ꝯpositiōe propria non solū ē falsum sed etiā hereticū. ¶ Tertia ꝑsonalis vnio naturaꝝ in xp̄o potest dici ꝯpositio large capta: pz qz tūc ꝯpō nihil aliud ē nisi vnio. ¶ Quarta asserere in xp̄o ēē ꝯpositionē large captā nō ē hereticū sed verū z catholicū. Et iō se/cūda opīo que recitať in lr̄a mgr̄i q̄ dic̄ xp̄m esse ꝯpositū vera est z catholica: qz nō vult dicere ꝙ ꝑsona xp̄i sit ex pluribꝰ naturis cōstituta: sed ꝙ vna natura est alteri vnita. ¶ Quinta: qz vocabulum ꝯpositionis ē calūniabile in materia in/carnationis. Ideo doctores p̄ntis tp̄is sensū z rem p̄dicte opinionis retinentes declināt ꝯpositionis vocabulū: z pro eo noīe vnionis vtūtur.

Tertia questio. Utrū

xp̄s fm ꝙ homo sit aliquid. An hō p̄di/cetur de xp̄o ꝑ modū habit9 z accidētis ¶ Resolutio stat i vna diffinitiōe z duabus ꝓpositiōib9. ¶ Distinctio talť ē Ista propositio xp̄s est homo ꝑ modū habi/tus z accidentis habet dupl'r intelligi. Primo ꝙ illa p̄dicatio sit pure accidētal': ita ꝙ nō sit substātialis. Aut ꝙ aliq̄ modo habeat rōez .i. modū seu sīlitudinē p̄dicatiōis accidētalis: sit tn̄ fm veritatē substāl' p̄dicatio ¶ Pri̇a ꝓpō ē: falsū est ꝙ xp̄s sit hō ꝑ modū hitus z accn̄tꝫ. Secūda pt̄ ꝯcedi ꝙ xp̄s ē hō ꝑ modū hitus z accn̄tis intelligēdo. scd̄o modo pz ex duplici sīlitudine quaꝫ hꝫ ista p̄dicatio cū accn̄tali. Nā sic accn̄s susteňificať in suo subiecto: ita hūanitas xp̄i i diuinitate sic tn̄ ꝙ nō inheret ei. Itē pz alit': qz sic accn̄s nō dat p̄mū ēē suo subō sz aduenit ei p9 suū ēē ꝯpletū: sic hūanitas ē q̄si ad/uenticia z q̄si accn̄s filio dei: qz ñ dat ei p̄mū ēē sz aduenit ei p9 suū ēē pfectū z ꝯpletum. I e due ꝓpropositiones clare pa/tent in libro.

Quarta questio Utrū

ista vnio sacra t̄minata sit ad vnitatem ꝑsone an nō ¶ Rn̄deo sciēdū ꝙ vnio vl/tra ea q̄ dicta sūt ē q̄druplex. Una ē i q̄ ē vni9 vnibil' i naturā alteri9 ꝯuersio vt vnio gutte aq̄ in dolio vini: z rō isti9 vnionis ē: qz ibi ē repugnātia z p̄dn̄atio. Repugnātia q̄dē qz vinū a tota spē est calidū: aq̄ vō ē frigida. Predn̄atio aūt qz vinū ē forti9 aq̄. Alia vnio ē i q̄ ē vtriusq̄ vnibilis alteratio z tertie nature ꝓ/ductio vt vnio elemētoꝝ ad cōstōem ali/cui9 mixti. Rō āt tal' vniōis ē: qz ē ibi repugnanntia sed non est predominatio excellens. ¶ Tertia vnio est qua non est vnitorum alteratio, sed vnius tertie na/tuer ꝯstitutio: z sic aīa z corp9 vniūtur

¶ Nō isti⁹ vniōis ē q₂ ibi nō ē repugnā/ tia sȝ ē mutua dependēdētia vni⁹ ad alteꝝ ¶ Quarta ē in qua nec est trāsmutatio vnitoꝝ nec dependentia nec tertie nature cōstitutio sȝ est vni⁹ nature ab altera su stētatio ꝛ inaltera in sertio: vt q̄n vna ar boꝛ sustētificabit in stipite alteri⁹ ꝛ ratio huius vnionis ē q₂ ibi est excellēs p̄dña/ tio ꝛ nō est repugnātia nec dependentia mutua. ꝛ isto. quarto modo vnionis na/ tura humana vnita est diuine. Istis pre notatis facilis est ad q̄stiōeȝ r̄nsio: ꝙ ista vnio sacratissima terminata est ad vnita tem persone ꝛ non ad vnitatem ꝛc.

Quīto queritur. Utrū ista sacra vnio sit singularis. ¶ R̄nsio ꝙ ista sacra vnio est singl'aris. ¶ Sciendū ꝙ phs ponit multos modos vnionis in vi. phisic. c. de vno. Dicit ꝙ est vnuȝ p se aliud est p accidēs. Duplex est vnū p ac cidens. Unū est sicut accidens in cōcre/ to. Aliud ē q̄n duo accidētia sunt in vno cōcreto. Unū p se dr̄ nouē modis scȝ: cō/ tinuatiōe: spē: gn̄e: diffinitiōe: indiuisibi/ litate: numero: simplicitate: totalitate: p portiōe: ꝛ materia ꝛ q₂ nulla istarū vnio nū est silis vnioni xp̄i. Ideo est ponēda alia vnionis diuisio sm̄ theologos. Nec ē mirū si phi nō posuerūt istū modū vni onis sacratissime q₂ illā nō nouerūt ꝛ etiā solū naturalr̄ loquebāt. Btūs aūt bern hardus doctoꝛ mellifluus ponit nouem modos vnionis. Primus est vnitas col/ lectiua. Scd̄s ē vnitas ꝯstitutiua. Ter tius est vnitas cōiugatiua. Quart⁹ est est vnitas natiua. Quint⁹ est vnitas po testatiua. Sext⁹ est vnitas cōsentanea. Septimus est vnitas votiua. Octau⁹ est vnitas dignatiua q̄: est psonalis hoīs cū deo. Nonus est vnitas trinitatis.

Circa distinctio/ nē septimaȝ q̄rit. Utrū hec ꝓpositio sit vera. De⁹ est hō. Dicēdū ꝙ absqȝ dubio scdȝ fidē catholicā tenēdū ē firmit ꝙ p̄di/ cta ꝓpō est vera rōne vnionis psonalis i xp̄o q̄ est nature ꝙ facit vnuȝ p̄ri de alio in ꝯcreto q₂ q̄cūqȝ vni ꝛ eideȝ singulari singulariter ꝛ vnitate tento ꝛ in coicabi li sunt eadē: ita eadē sunt iter se. sȝ sic ꝙ de xp̄o dr̄ de⁹ ꝛ hō q̄ distinguit de seinui cē. Nō tn̄ p̄dicta ꝓpō ē imediata sȝ hec i mediata: natura hūana ē vnita v̄bo dei et ex hac sequit ista scȝ ꝙ v̄bū diuinū est hō. Et ad hāc sequit de⁹ ē hō ad quā seq̄ tur ista q̄rta. hō est d̄s q̄ ē ꝯuertēs tertie Sȝ de mō p̄dicādi ē triplex oppinio vide in textu q̄rū due p̄ie reprobant ꝛ tertia tenet. Nō eīn est p̄dicatio formal' siue es/ sentialis vt hō ē aial: nec causal' vt d̄s est spes mea: causatiue vt loq̄ ē op⁹ hūanuȝ est p̄dicatio causal'. Nec ē accidētal' q̄ est q̄n p̄dicatū est accidens. subiecto vl' ecō/ uerso nec ē idētica siue iplicatiua vt dic scd̄a opinio q̄ dicit ꝙ hec: de⁹ ē hō est ve/ ra p iplicationē ꝛ sensus est ille q̄ ē deus est hō fili⁹ eīn dei q̄ est de⁹ idētitate ē hō nō valȝ vt pȝ i textu. ¶ Dicēdū q̄ē ꝙ h̄ ē singl'aris mod⁹ p̄dicādi scȝ p vnionē iō eī hō p̄dica de deo q₂ vnit ei in vnitate p/ sone ꝛ q̄n hec vnio ē singl'aris nō ē mirū si singularē modū exigit p̄dicandi iō hec p̄dicatio nō reducit ad aliq̄s modos p̄di cādi ꝯsuetos. ¶ Nota ꝙ ē dr̄a iter vniuo ce p̄dicari ꝛ p̄dicatū vniuocū. Uniuocū p̄dicatū ē q̄d p̄dicat d̄ aliq̄bo sm̄ id nomē et eādē rōnē vt albū p̄dicat de lapide pa riete ꝛ eq̄ ꝛ hoīe sm̄ idē nomē ꝛ eādē rōnē q̄ esse: est disgregatiuū visus. Ad p̄dicari aūt vniuoce req̄rit vltra ꝙ rō nois sit de q̄dditate ei⁹ de q̄ p̄dicat. Ista sunt syno nima vniuoce p̄dicari: q̄dditatiue i p̄io mō dicēdi: ꝛ formalr̄ ꝛ essentialr̄ sūt ideȝ homo aūt dr̄ de deo nō vniuoce sȝ tanq̄ vniuocum predicari.

Scd̄o queritur. Utrū sic ista ꝯcedit de⁹ ē hō p psona filij sic ista sit ꝯcedēda. De⁹ nō est hō p psona p̄ris. ¶ R̄ndeo. sm̄ Bonauē. ꝙ hec nō ꝯcedē

da est: deus nõ ẽ hõ: q2 nõ est sic. q2 iste termin⁹ de⁹ zc. vide textũ. ¶ Dicẽdũ fm aliquos q̄ vtraq3 est vera et rõ est q2 ista deus est hõ. z deus nõ est hõ sunt indiffinite singulariter q2 illa ppõ est indiffinita in qua subijcitur terminus cõis sine signo q̄tificatiõe: s3 sic ẽ h ergo zc. Q2 aũt iste terminus deus sit cõis p3 q2 ille terminus est cõis q̄ vere põt predicari de plurib⁹ s3 iste termin⁹ ds est hm̃oi g̃ zc. et sic dicit okã z gregorius de arimino. Iste termin⁹ de⁹ in sacra scriptura h3 diuersam suppositiõe3. Aliqñ eñ supponit pro persona diuina. Aliqñ p essentia diuina cõi ipsis tribus psonis. pma pars p3 p illud ps̃. Propterea vnxit te de⁹ ds tuus oleo leticie. Ita q̄ li primũ deus ẽ vti casus et supponit p psona filij: z scd3 li deus supponit p patre z est sensus. O deus fili ppterea vnxit te deus tuus id ẽ pr̃ tuus z hoc dicit Aug⁹. p3 etiã p illud pRo Joh. Vbũ erat apud deu3: q2 apud importat distinctionẽ q̄ nõ est inter verbũ z naturã diuinã. Et ibi bñdicat nos deus de⁹ zc. Scd̃a pars p3 p illud apl̃i. Sol⁹ deus h3 imortalitate3. Et p illud Exo. Audi isrl̃ q2 dñs deus tuus vnus est id est essentia diuina vnica est z indiuisibilis. Itẽ p3 p illud Aug⁹. in primo li. de trinitate. Deus est pr̃ z fili⁹ z spũssanctus. Et in vno sermone de v io martyre. Quis ẽ deus pr̃ z filius z spũssan. et cõstat ibi q2 ibi supponit deus p diuinitate. necq3 pr̃ ẽ p. fili⁹ z spũssan. zc. Et i ista ppõne de⁹ genuit deũ: z de⁹ ẽ hõ de⁹ nõ supponit p natura diuina s3 p psona q2 ista deitas genuit vel est hõ est heretica. Sequit ex hoc q̄ in ista de⁹ nõ est hõ li deus supponit p persona ideo dicendũ q̄ q̄trũ ẽ de sermone rigoris. Ista est singulariter cõcedenda de⁹ nõ genuit deu3 et ista de⁹ nõ est hõ q2 sunt indefinite et ad veritatẽ idefinite suffic̃ q̄ vna singularis sit vera. Ista aũt deus nõ est homo h3 duas singulares veras. s. de⁹ pr̃ z de⁹ spũssctũs nõ ẽ hõ que ambe sunt vere ergo ipsa vera. Silr̃ dicendum est de ista deus non genuit deũ. Hec aũt dicta fm opinionẽ iuniorũ modernoꝝ. S3 prima fm opinionẽ antiquoꝝ ideo securior zc.

Tertio querit. Utrum hec sit admittenda. deus factus est hõ. Notandum q̄ duplex est factio actiua z passiua. Prima est habitudo faciẽtis ad factũ qd̃ accipit eẽ post nõ esse natura vl' tpe a tali faciẽte. In hac diffinitiõe sunt due particule. Prima est habitudo faciẽtis ad factũ loco g nere. ¶ Scd̃a pticula qd̃ accipit zc. q2 de ratione eius factionis est esse post non esse et hoc ponitur ad differentiam filij dei: q̄ sp fuit. Ideo non põt dici factus. Ex quo sequitur q̄ si deus creass3 mundũ ab eterno ad huc fuisset ibi vera factio: quia licet non habuisset esse post non esse tempore vel duratione habuiss3 tamen natura: q2 mundus quãtum est de se habuisset prius nõ esse quãtitate esse nisi deus impediuisset preueniẽdo ita q̄ fuisset ibi prioritas nature priuatiua. ¶ Factio passiua est habitudo ipsius facti ad ipsum faciens zc. sicut in priori diffinitione. Filius autem dei z spiritussanctus. lic3 sint pducti nõ sunt tamen facti quia sunt ex se eque necessarij sicut pater q̄uis nõ sint a se. Notandum q̄ creatio: factio: actio: sic differũt: q2 Actio semper subiectũ presupponit in qd̃ agat. Creatio nihil oino psupponit sed est de nihilo z est soli deo possibilis. Unde est pductio alicuius de nihilo. Ex quo sequit q̄ creatio pprie non est actio: z si dicatur actio mag3 dicitur grãmaticaliter loquendo q̄ realiter vel metaphisicaliter loquendo sicut dicit q̄ creo est verbum actiuũ factio aũt est qd̃ cõe actiõi z creatiõi. Factio iterũ est duplex q̄da3 dicitur factio simpliciter: alia factio talis qualis vel factio fm qd̃. Sicut eñ istud verbum est ponit in ppõne de est scd̃o adiacente. Aliquando in ppõne de est tertio adiacente: quando autem

ponitur primo modo dicit existentiam simpliciter quādo ponitur scdo mō dicē esse scʒ de tertio adiacēte. Nō eē exñte si ne esse simpliciter sed īportat tale eē fm illud qđ specificatur p tertiū vt eē albū vel nigrum zc. Sic dicendum est de isto verbo substantiuo fio. Qñ em̄ ponit in ppōne de est scdo adiacente importat factionē simplr vt deus fit zc. qñ aūt ponitur in propositione de est tertio adiacente importat actionem fm exigentiaʒ vel specificationē tertij. qđ ponit in ppōne. Factio ergo simplicit ē qua aliqđ fit simplr de nō esse ad esse factio autem aliqlis est qua aliquid fit tale vt fo. fit albus zc. Questio aūt intelligitur de factione non simpliciter que esset plana sʒ factione aliquali. Ad quā Rñdendum est simpliciter affirmatiue scʒ deus fcūs est homo. Si em̄ factus cadat sup totā propositionē sensus est factū ē ita q ista propositio sit vera. De' factus ē homo et hō factus ē deus: z q̄uis sit verus sensus z ab omnibȝ cōcessus nō tñ est verus de rigore sermonis quia h pricipiuʒ qđ est factus cum dicit masculini generis z adiectiuum adiectiue tentū non potest ponere rem suam circa copulam sed necessario ponit q̄tū est de virtute sermonis circa subiectum vel predicatum. Si autem li factus tene- se ex parte pdicati est sensus. Deus est q̄dē hō hō factus ē vel product' z sic pōt dici q sensus ē falsus quia homo dict' de xpo dicit suppositum diuinum qđ minime ē factum z iō xps non est homo factus Si autē li factus determinet vnū extremoꝝ in cōparatione ad aliud sic est sensus deus se fecit hominem per humanitatē assumptiōem. sicut homo facit se doctum per acquisitionem doctrine z sic sensus est verus tamen aliquid habet īproprietatis z aliud proprietatis. Hoc enim pricipiuʒ fact' tria importat videlicet antecessionē ex p te subiecti z inceptionē ex pte predicati et transmutationē ex pte vtriusq vt in hoc Exēplo. H. factus ē sapiens. H. em̄ fuit anteq̄ esset sapiens: z postea incipit esse sapiens z est transmutatio tā in. H. q̄ in sapientia. In proposito autē est reperire antecessionem ex pte subiecti: z inceptionem ex pte pdicati: sed nō est reperire trāsmutationē in supposito dei: z ideo factus hic cadit a propria significatiōe q̄tū ad tertiā pditionem: nec importat transmutationem sed vnionem licʒ ergo habeat aliquā proprietatē qz tñ habʒ veritatem ideo recipit: qz in expssione fidei magis cōsideraf sermonis veritas q̄ significatiōis congruitas. Ea enim que sunt fidei nr̄e vt dicit Aug'. melius itelligimus q̄ pferamus. Et gregorius dicē q excelsa dei balbutiēdo resonam'. Concedendus ē ergo predictus fmo q̄tū ad pmūʒ tertiū se sus suos. Nota q factio proprie loquēdo lʒ iportat mutatōeʒ nō tñ factio large loquēdo nō est ibi impfectio. De ista ppōne etiā. Hō fact' ē pōt similiter distigui sicut de priori. Si em̄ factus importat rem suam scilicʒ super totam propositionē suā. sensus est: fctm̄ est q hec ppositio hō factus est deus est vera z est verus sensus z cōcessus vel magis permissus a doctoribus sacris z iste solus est verus. Si autem li factus ponat rem suam super predicatum sensus est homo factus est deus id est homo est deus qui est factus z iste sensus est hereticus: quia deus non est factus: q̄uis sit genitus. Si autem li factus ponat rem suam circa vtrumq extremum et dicat ordineʒ subiecti ad predicatū sensus est homo factus est deus id est qui prius erat homo factus est homo posterius et hic sensus est falsus quia esse hominem hominem nunq̄ accessit in illo supposito esse deum nec diuinum esse aliquatenus inchoatur. Unde magis est impropria hec propositio homo factus est deus q̄ hec deus factus est homo et rarius inuenitur in sacra scriptura. Si tamen alicui legatur vel inueniaf tunc fm. Pri

mum sensum est accipiēda. ¶ Notandū q hec ꝓpō hō factus est deus de rigore significatiōis simpliciter falsa ē patet. omnis ꝓpositio ē falsa simpliciter ꝛ de rigore significationis cuius ꝯtradictoria est simpliciter vera: sed cōtradictoria istius hō factus est deus est simpl'r vera ergo ꝛc. Minor probatur. ꝯdictoria istius est ista null⁹ hō fact⁹ ē de⁹ q̄ ē singulariter vera ꝛ de rigore significatiōis: q2 null⁹ ali⁹ hō a xp̄o fctūs est de⁹ vt p3 inductiōe nec ip̄e hō q̄ dr̄ xp̄s fact⁹ est deus cū ille hō xp̄s sit ab eterno de⁹ ꝛ clarū ē q hō est nomē suppositiz ibi supponit ꝓ ꝑsona diuina q̄ sp fuit de⁹ ꝛ ꝑ ꝯns ista null⁹ hō fctūs est de⁹ est vera: q2 ei⁹ oēs singl'ares sunt vere vt p3 iducēdo. ¶ Scd̄a ꝓpō l3 aūt hec ꝓpō de⁹ est hō: ꝛ hec hō est de⁹ icepint eē vere null⁹ tn̄ hō icepit eē de⁹. ¶ Pria ps p3 q2 ois ꝓpō q̄ nūc est vera ꝛ pri⁹ nō fuit vera icepit eē vera qn̄q3. l3 iste ꝓpōnes ds est hō ꝛc. non fuerūt vere in tp̄e legis nature ꝛ scripte ꝛ fuerūt vere postea in nouo testamēto. Scd̄a ps ꝓpōnis p3 inductiue: q2 nec iohēs nec petr⁹ ꝛ sic de alijs a xp̄o nec ip̄e xp̄s icepit esse de⁹ cū fuerit ab eterno de⁹: icipit eīn iportat habitudinē ad non esse ꝑcedens. ¶ Tertia ꝓpō Ista ꝯsequētia nō val3. De⁹ fctūs est hō ergo hō fctūs est de⁹: q2 añcedēs ē verū ꝛ ꝯns falsum: q2 ex vero nō sequit falsum: sed solū verū. Et si dicas q hec cōuertit simpl'r cū sit indefinita. Sic ꝯuertit ergo qd̄ fctm̄ ē hō ē vl' fuit ds. Itē hec ꝯña nō val3 de⁹ fctūs ē hō ergo deus fctūs ē aliquid q2 arguit ab inferiori ad supius negatiue. Itē nō val3 de⁹ incepit esse hō: ergo incepit eē. Ista eīn fctūs ꝛ icepit icludūt negationē. Ista est vera: aliq̄s hō fuit ab eterno q̄ tn̄ icepit eē ex tp̄e q2 fili⁹ dei q̄ ē hō fuit ab eterno ꝛ icepit hō esse in tēpe. Itē l3 aliq̄s hō non possit nō esse tn̄ possibile est q null⁹ hō sit. Pria ps p3 q2 fili⁹ dei nō pōt nō esse simpl'r ꝛ ipse est hō ꝛc. Scd̄a ps p3 ꝑ ip̄m v̄bū diuinū q2 pōt dimittere naturā hūanā ꝛ ipsam anichilare ꝛ oēs hoīes ꝛ ista ess3 vera null⁹ hō est. Notandū q cōicatio ydiomatū nō t3 in predicatis que exprimūt vnionē nature humane ad diuinā. Quia cōicatio ydiomatū in ꝑdicatiōib⁹ fit ꝓpter vnionē nō ergo fit ſm̄ illa q̄ exprimūt vnione3: ꝛ idō nō est fctūs de⁹ l3 fctūs est hō sic hic natura diuina assumpsit naturā diuinā igitur natura humana assumpsit naturam diuinam non sequitur.

Quarto querit. Utrū filius dei ꝑdestinatus sit. Sciēdum q ꝑdestinatio est preordinatio alicui⁹ creature intellectualis ad gl'iam principal'r et ad gr̄am ꝛ merita in ordine ad gl'iam min⁹ principal'r facta a volūtate diuina. Et dr̄ ꝑordinatio: q2 nō est aliud q̄3 act⁹ diuine volūtatis quo ordinat ꝛ vult ꝛ determinat alicui dare gl'iam nō ꝓpter bona ꝛ merita q̄ ꝑuidit fieri a tali creatura Sed ex mera sua bonitate ꝛ liberalitate vt dicit de iacob. Ro. ix. q̄3uis nemine3 reprobat nisi ꝓpter demerita ꝑuisa. Et dicit alicui⁹ creature: q2 sola creatura intellectual' est ꝑdestimabil' q2 sola est glorificabilis eo q sola ad imaginē dei ē capax ꝛ ꝑticips esse pt. Deus nō est ꝑdestinabilis: q2 quicq̄d ꝑdestinat subijcit ꝑdestināri ꝛ sic filius inq̄3tū deus nō est ꝑdestimabilis. Omēs homines ꝛ omnes angeli sunt predestimabiles q̄3uis non sint omnes predestinati. Dicitur ad gloria3 principaliter quia primo vult dare gloriam his qui predestinantur primitate intentiōis. Ita q predestinatio respicit solum principaliter fine3 que est gloria eterna. Dicitur ad gratiam ꝛc. Non eīm possumus habere gloriam sine gratia et merit3 in adultis: que respicit minus ꝑncipaliter predestinatio vt dispositionem necessariam ad gloriā ex ordinatiōe diuina. ¶ R̄ndeo q fili⁹ dei nō est ꝑdestinatus l3 xp̄s ē ꝑdestinatus ꝛ fili⁹ dei est predestinatus inq̄uātu3 hō. Dicendū ergo ē q q̄3uis hec sit cocedēda xp̄s est ꝑdestinat⁹

pro eo q nominat hypostasim in rebꝰ nature vt hec christus est pdestinatꝰ vt homo: ratione determinatõis adiũcte q2 sibi ꝯuenit diffinitio pdestinatiõis incõgrũ est homo. hec tñ non est ꝯcedenda filius dei est predestinatus. Et ratio est ꝓpter repugnantiam intellectuũ q2 predicatum repugnat subiecto vel intellectus predicati vel rõ repugnat intellectui et ratiõi subiecti. Repitur aũt triplex repugnantia. Nam hoc vocabulũ predestinatꝰ circa predestinatum tria importat scȝ habitudineȝ effectuũ benficioꝝ respectu cause. Effectus sunt multi: natura: grã: merita ₇c. importat etiam acceptionẽ ꝑ donum gratie gratifaciẽtis ₇c. Tertio importat in predestinato inchoationẽ quãtũ ad esse nature q2 ſm originẽ pdestinatur q nondum est hec verba dicuntur ꝓpter illos qui in vnigenitũ dei impietatẽ loquũtur putãt em eũ inter illos cõmeranduȝ esse qui anteq̃ fierẽt predestinati sunt vt essent ergo impiuȝ est dicere filium dei esse predestinatum. Et primum intellectum habet quia descendit a verbo passiuo. Secunduȝ habet q2 descendit a verbo actiuo dicente ordinem ad finẽ. Tertiũ habet q2 cõponitur a ꝓpositione dicente antecessioneȝ sicut ab hac ꝓpositione pre gratificatꝰ filius dei dicit illã personã ₇ causam nõ effectum. Dicit etiam illam personam ꝓut competit illi filiatio per naturã non per gratie donum. Dicit etiã illam ꝑsonam vt eternam non habentem initium. Et sic expͣsse est repugnantia intellectuũ inter subiectum ₇ predicatum. Notandũ q prescia capitur dupliciter. Vno modo large ₇ est scia dei respectu oĩm futuroꝝ siue bonoꝝ siue maloruȝ. Et de hac dicit apostolus Ro. viij. Quos pͣsciuit hos et pdestinauit ₇c. ₇ in plusq̃ predestinãdo. Aliomodo stricte ẽ reprobatio multoꝝ et sic distinguitur cõtra pdestinationem. Jta q est scia dei respectu futurorum maloꝝ tñ ₇ ab hac prescia dr̃ reprobatus prescitꝰ. Et si dicas q exceptꝫ vocabulis importantibus vnionem. necesse est esse cõicatiõeȝ ideomatũ sȝ vocabulum pdestinatiõis vnionẽ non importat q̃truȝ est de se ergo ille hõ est predestinatus ₇ ille homo sit filius dei necessario sequitur q filiꝰ dei sit predestinatꝰ. Dicendum q non solum illa excipiẽda sunt nomina: sed etiam alia vocabula ex quibus consurgit repugnãtia intellectuum et tale est vocabulũ predestinatiõis ₇ cõsimilia vt melius manifestabit infra di. xi. de ista filius dei est creatura.

Quinto queritur. Utrũ

hec sit vera filius predestinatus est esse homo. ¶ Sciendum q predestinatio sic describitur ab Augustino in li. de bono perseuerantie. Predestinatio est prescia et preparatio bñficioꝝ dei: per que certissime liberanł q̃cũq liberanł. Et dicił pͣscia q est certa ₇ infallibilis noticia futuroruȝ. Unde oĩs prescia in deo est scia sed non econtra rõne conotatorum licet sint idẽ formaliter. ₇ ponitur in diffinitione loco generis. Scia dĩ ẽ respectu oĩm siue bonorum siue maloꝝ pñtium futuroꝝ ₇ pͤteritoruȝ. Prescia solũ est respectu futurorum siue bonoꝝ siue maloꝝ. Predestinatio autem solum respectu futuroꝝ bonorum. Tamen formaliter loquendo ₇ q̃dditatiue nõ est ipsa presciẽtia sed solũ cõicatur ₇ suppositiue. Predestinatio em̃ formaliter ₇ q̃dditatiue est actus volũtatis diuine q2 deũ predestinare aliquẽ nõ est aliđ nisi deũ sibi velle dare vitã eternam et media ordinata ad illam. Sed cõstat q hoc est actus volũtatis diuine ergo ₇c. Cum aũt nullus actus volũtatis diuine sit formaliter actus intellectꝰ dei ipa predestinatio q̃dditatiue nõ põt esse nec dici prescia. Actus aũt volũtatꝫ et actus intellectus distinguũtur formaliter q2 vnus non includit aliũ in primo modo dicendi per se ergo ₇c. Ex hijs sequitur q predestinato nõ est prescia for-

malit' q̄uis sit p̄scia suppositiue z ꝯconi tāter. Hec scd̄a ꝑs p; q: nihil volitū ni si precognitū. Et q: p̄destinatio est vel le dare gloriā nature intellectuali ergo deus p̄cognouit illud se facere. Ideo do ctores vsi sūt tali p̄dicatōe ꝯcomitatiua z presuppositiua. Et bñficiorū dei. Ad differentiā p̄scie stricte capte q̄ est respe ctu solū maloꝝ z penarū infligēdarū ma lis ꝓ pctīs. Omnes em̄ grē gratis date z gratūfaciētes z omīa bñficia dei z dona ritusſancti ordinata ad vitā eternā me diate vel imediate sunt effect' ipius p̄de stinatiōis vt p; ꝑ augustinū q̄ dicit ꝙ p̄ destinatio est prescientia beneficiorum eorum. Ne dum gratia gratumfaciens sed attricio spes z fides informes z om nia opa bona moraliter z timor seruilis sunt effectus diuine p̄destinatiōis q̄uis vita eterna sit primus p̄mitate intētōis z principal' effectus p̄destinatōis. ¶ No ta ꝙ differētia est inter gratias grat; da tas z grā gratūfaciēte q: grē gratisdate mediate ordināt ad vitā etnā s; grā gra tūfaciens imediate. Et dī in diffinitiōe ꝑ q̄ certitudine zc̄. s. a pctis z morte etna ¶ Responsio dicendum ꝙ cū illud par tipiū p̄destinatus dicat antecessionē z re spectu termini et respectu predestinati. Terminus est gloria q: prius sumus p̄ destinati q̄ saluati tripliciter pōt illam īportare vl' respectu subiecti vl' respectu p̄dicati vel respectu totius dicti. ¶ Pri mo modo sensus est filius dī ante preui sus est esse hō q̄ esset filius dei et iste est falsus. ¶ Scd̄o modo sensus est fili' dei ante preuisus fuit esse homo anteq̄ esset homo et hic est verus. ¶ Tertio modo sensus est ꝙ predestinatu; ē vt filius dei esset homo z est ver'. Sic ergo scd̄o mo do z tertio modo ꝓpositio ab oībus do ctoribꝰ ꝯcedit' vt dicit mgr̄ in lrā. ¶ No tandum ꝙ duplex est prophetia quedā dicitur predestinationis. Alia cōicatio nis. Prima est qñ reuelat' aliquod futu roꝝ, put est in preordinatione diuina et hec semꝑ impletur vt fuit prophetia sa muelis de delectione saulis z exaltatiōe dauid vt etiam fuit de hac ysa. vij. Ecce virgo cōcipiet: Prophetia cōmunicatio nis. Est quando reuelatur aliqua puni tio futura, put est in causis scd̄is s̄m dis positionem earum vt ysa. xxxviij. de ezechia. Secundum em̄ causas ꝓpinquas duas: q̄ erāt multe destitutōes corporis remotas vt sunt īfluētie corpoꝝ: celestiū erat moritur' et hec ſꝑ nō iplet'. ¶ Et si dicas ꝙ predestinatio ē respectu glorie et gratie nō respectu nature sed esse ho minem dicit p̄dicatum naturale nō do nū gratuitū ergo respectu illius nullus debet dici predestinatus. ¶ Dicendū ꝙ cumvocabulū p̄destinatiōis ꝑsone pro fertur claudit in se intellectum gratie et glorie vtputa cū dicitur aliquis esse sim pliciter p̄destinatus. Cum autē ei addit' determinatio exterior solum retinet in tellectū principalis significati sc; prio ris scilicet preordinationis vel preuisio nis vnde cū iste ē predestinatus habere gratiam z gloriam predestinatus tantū valet ibi sicut preuisus vl' preordinatus et est sil'ie de isto concedere zc̄. Posset tñ dici ꝙ z si esse hominem de filio dei pre dicet esse naturale concernit tamen gra tiam vnionis z ideo totale p̄dicatum nō exit extra rōnē predestinatiōis. ¶ Et no ta ꝙ eodē mō distinguēdo est ista hō est predestinatus esse filius dei quo mō est distincta propositio predicta scilicet fi lius dei predestinatus esse homo. Ita ꝙ si ponat antecessionem respectu predica ti est falsa si respectu subiecti est vera et etiam si respectu totius copulati est ve ra vt patet in textu. Tamen de ista ho mo est predestinatus est zc̄. pōt dici eo dem modo quo dictum est supra de ista Homo factus est deus: q: ista est cōtra dictoria prior;. Nullus homo est prede stinatus eē filius dei z est vera ergo sua cōtradictoria est falsa: ꝙ aūt ista vniuer salis nullus hō zc̄. q: nullus alius a xpo

est pdestinat⁹ ee fili⁹ dei nec ipse hō q̄ est xp̄s q2 hō ibi supponit p psona diuina q̄ ē eternalr fili⁹ dei fm istū doctorē Bonauētu͂rā. Et ad illud Ro. i. z glo. dicit q ista ppositio apli est vera inquantū ponit antecessionem respectu totius propositionis z tota ratio est q2 homo de xp̄o dictus supponit p filio dei. Uel pōt dici q natura humana in xp̄o est proprie pdestinata vt vult gl. ordīaria sup pri. Ro.

Circa octauā distictiōez.

Pͥo q̄rit. Utrū hec ppositio sit pcedēda. diuina natura est de vgine nata. ¶ Sciendu3 q fides catholica indubitanter z firmiter cōfitetur duas natiuitates esse in christo vna3 eternam qua natus est a patre ab eterno fm naturam diuinam. Aliā tempale3 qua xp̄s fm naturam humanā natus est ex tpe a virgine gloriosa sine p̄re. Et hec multiplicatio natiuitatū est ratione duarum naturarum que sunt in xp̄o z etiā ratione plurium generationū actiuarū quaru3 vna est eterna alia est tpalis z vna z eade3 psona est in qua sunt due generatiōes passiue correspōdētes duab9 gn͂atiōib9 actiuis predictis. Generatio autem passiua eterna ē filiatio qua verbu3 diuinū est filius dei. Et generatio passiua dicit nati uitas eterna: et generatio tēporalis passiua qua est filius virginis est natiuitas tempalis. In hac distinctione autē agit de generatione siue de natiuitate tempali. Multiplicātur aūt predicte natiuitates ppt diuersas mēsuras: q2 generatio actiua q̄ dr̄ paternitas: et passiua q̄ est a patre mēsurātur eternitate. Illa aūt q̄ē a mr̄e mensurat tēpe. Ideo dicit tpalis. ¶ Nota q duplex est natiuitas. ¶ Pͥa est in vtero q̄ fetus fit primo hō vt pat3 Mathi pmo. Dicēte angelo ad ioseph Qd in ea natu3 ē de spūsancto est. Alia est natiuitas ex vtero qua puul⁹ egreditur de matre primo apparens visibilis

¶ Responsio dicendum est ad qōnē q p dicta ppositio est falsa nec recipitur q2 ē impropria z hoc ppter duo. ¶ Pͥo propter pfusionē vitandā pprietatū psonaliū: z pprietatum naturaliū siue essentialium q̄ duo pcipue sunt obseruanda circa sermonē catholicum z veritatis fidei expssiuū. Non ḡ recipit q diuina natura sit nata de virgine ppter qd etiā non cōcedit q sit nata de p̄re z h̄ ē q dic̄ magister in lr̄a q res q̄ nō est de p̄re genita non videt de matre nata: nec res aliqua filiatōis nomē habet in humanitate q̄ illud nō teneat in diuinitate. Propter vitādū etiā cōfusionē pprietatū naturaliū nō recipitur. Sicut em̄ in beatissima trinitate distincte sunt psone adinuicē z earum pprietates sic in xp̄o sunt nature distincte adinuicē z earū pprietates q̄uis cōueniāt i supposito. Ideo pprietates vni⁹ nature nō dn̄t pdicari de altera natura in abstractōe psiderata ne ex h̄ itelligat q diuina natura z hūana sint vna essentia. Qd em̄ pdicat de altero i abstractione nō itelligit puēire ei solū rōne suppositi verū etiā rōne forme. Ideo predicta locutio non debet recipi.

Secūdo querit. Utrū

nasci d̄ vgīe vere dicat d̄ natura assūpta ¶ Rn̄deo q natura hūana pōt capi dupliciter. ¶ Uno mō rōne ptiū cōstituētiū. ¶ Alio mō rōne forme cōis pn̄tis totu3 cōpositū Et pmo mō capit p toto cōposito ex ptib9 pstituētib9 hāc hūanā naturā. Et scdo mō capit p natura hūana in cōi siue i vniuersali q̄ psequtur hāc hūanā naturā z dr̄ spēs z vtroq mō assūpsit fili⁹ dei hūanā naturā verū ē em̄ q assumpsit carnē z aīa3: assūpsit etiā naturā psequentē. Utroq ēt pdictoz modoz ptingit dicere hūanā naturā natā de vgine. Nam si humana natura dr̄ cōpositum h̄ modo potest dici et concedi q sit nata de virgine non ratione totius sed partis scilicet carnis que in vtero virginis

fuit cócepta z ex vtero virgís pdijt. Si vero natura humana dicitur forma cõ/munis põs totuz cõpositum adhuc concedenduz est φ fuit nata in xpo nõ rõne sui sed ratiõe suppositi in quo habet exi/stere z in quo habet multiplicari.

Tertio queritur. Utrũ

hõ veracit dicat de diuina natura id est. Utrum hec ppositio sit vera. diuina na/tura est homo. Respõdẽdum φ in diuinis est repire duplicẽ pdicatiõez: qdã est p idẽptitatem: alia est p denoĩatiõnẽ licz non vsq3quaq3 ppzie id est oĩno z refert hoc ad denoĩationez z tantũ valet sicut φ nõ est oĩno simile qz ppzijssime loquẽdo predicatio denominatiua est accidentalis z in diuinis nõ est accidens. Predicatio p denominationem differt a pdicatione p idẽptitatẽ qz prima est p moduz denominatiuũ z sub ratiõe forme quasi inherẽtis et denominãtis vt hic deus est iustus. deus est bonus: z pater generat. Predicatio p idẽtitatẽ est qñ aliqd pdi/catur ratiõe suppositi pp̃ter summã sim/plicitatẽ z idẽtitatem vt cũ dicit diuina essentia est pater: z est sensus essentia di/uina est ille qui est pater. Ex quo habe/mus duplicem pdicationẽ in diuinis scz ratione forme: id est p denominationez z vocat a doctore subtili formal z etiam ratiõe suppositi id ẽ p idẽnitatẽ. Omnia aũt nomina adiectiua verba et pricipia predicant p denoĩatiõnẽ vel fm sco. pre/dicant formaliter. Omnia substantiua predicant p idẽtitatẽ. Dicẽduz est ergo ad qõnem φ ppositio est vera p idẽtitatem qz diuina natura est filius p idẽtitatem et ipse filius dei est homo scz p vnionem ergo zc. Et sic vera rõne suppositi z est sensus diuina natura est ille qui ẽ homo. Ista aũt implicatio q est hõ qui scz filius dei est homo. z pdicatio nõ p idẽtitatẽ nec p cãm nec p denoĩatiõnẽ sz solum per vnionẽ vt prius habitũ est. Ita φ est duplex pdicatio ibi. Diuina natura est ille: qui est homo: prima est p idẽtitatem scda p vnionem. Si aũt sit pdicatio rõne forme siue p denominatiõnẽ est falsa et est sensus diuina natura est ho/mo id est diuina natura est humanitate informata z sic est falsa. ¶ Sciẽdum est etiam φ sunt in diuinis quattuor gene/ra predicationũ fm hylariũ z augustinũ Hylarius fuit primus qui composuit librum de trinitate. Postea augustinus. Quedam sunt qdditatiue ĩ quibus pdicata dicuntur de subiects in prio modo dicẽdi p se vt hec ds est ens infinitũ. vita intellectualis spũs substantia et ens et deus est. Alie sunt denominatiue vt de est iustus. bonus. misericors z c. licet hec predicata nõ dicãt nisi diuinã essentiam realiter tñ importãnt illam per moduz qualitatis. Alie dicuntur idẽtice quando vnuz extremum in abstracto dicitur de alio extremo in abstracto pp̃ter infi/nitatẽ formalem vtriusq3 extremi vel al/terius tantum vt iusticia dei est miseri/cordia. intellectus est voluntas: essentia diuina est paternitas. Infinitum enim idẽtificat sibi qdcũq3 sibi cõpossibile: qz nõ põt recipere accidẽs. Et differt mul/tum dicere predicationẽ idẽtificãz p idẽtitatẽ: qz predicatio p idẽtitatem bñ fit in concreto vt diuina essentia est homo alia nõ scz p idẽtifica. Alie sunt predicationes in diuinis essentiales nõ capiẽdo sic φ sit idẽ φ quidditatiue sz capiẽdo essentialiter eo modo quo tres psone sunt vna essentia vt filius est id qd est pater spiritussctũs est id qd fili ergo. ss. est id qd est pater: z fit qñ in neutro genere importatur essentia diuina.

Quarto querit. Utrũ

cõcedenduz sit xpm bis esse natũ. ¶ Responsio dicendum φ fm phm. v. ethico. Actus tripliciter hz multiplicari videlicz subiecto vt si ego loquor z tu loquaris sunt due locutiões. Multiplicatur etiam termino vt si me moueã ad duos

terminos vt pote ad claustrū ⁊ ad eccle/
siā: talis motio dr multiplr. Multipli/
citer etiā tpe vt si bis comedi semel ī ma
ne ⁊ semel in sero. ¶ Cū ergo aduerbiū
numerādi dicat numerū act⁹ aliquorū
istorū triū modorū necesse ē vt importet
ipm numerari. Aduerbium em̄ cum sit
adiectiuū verbi sub rōne verbi importat
illū numerū qui ē ipius actus. fm ꝙ act⁹
hic ē ex pte tēporis siue duratiōis. ⁊ iste
ē numer⁹ qui ē ex pte mēsure. Qm̄ ergo
generatio xpi eterna mensurat eternita/
te: et natiuitas siue generatio tēporalis
ipo tempore: ita qd ē in illa cōpletionem
habet in nunc eternitatis: in ista in nunc
tpis. Hinc est ꝙ ↄcedi pōt ⁊ debet xpm
bis natum esse. Unde Aug⁹. de fide ad
petrū. Unigenit⁹ dei pmo ⁊ secūdo na/
tus ē semel ex pre sel ex matre. & ⁊c. Ui
de in textu hanc materiā.

Quinto q̄ritur Utrum

in xpo sint due filiatiōes. Sciendū ꝙ fi
liatio ē habituatio pducti naturalr filis
pducenti in natura intellectuali vel sen
sitiua. Et dr hitudo loco generis: produ
cti ad diffrentiā paternitatis: filis pro
ducti ad driam alicui⁹ pducti per gene
ratione equiuocā. in natura intellectua
li vel sensitiua: ad driam pductorū q̄ sūt
in naturis insensibilib⁹: ⁊ dr naturaliter
ad driam pducti liber vt producit spiri
tussanct⁹ in diuinis. ¶ R̄n. fm Bona/
uenturā ꝙ in xpo licet sint due natiuita/
tes nō sūt tn̄ due filiatiōes. Et ratio est
q: cū filiatio h3 cōparationē ad tria sc3 ad
subiectū in quo ē ad terminū ad quem ē
⁊ ad pncipiū a quo ē sc3 potentiā gene/
ratiuā actiuā. Numer⁹ aūt relatiōis
fm driam formalē siue specificā causat
a pncipio a quo ē: vt paternitas ⁊ dn̄iū
sunt due relatōes in aliquo hoie que nu
merant: nō rōne eius in quo sunt princi
paliter sed rōne eius a quo sunt: q: pos/
sunt eē due relationes in hoie vno respe
ctu eiusdē. Plurime aūt relatōes sui nu

merū accipit a subiecto ī quo ē principa/
liter nō a termino nec a pncipio. Et qm̄
ppzietas subiecti numerari habz ratiōe
suppositi ⁊ subiectū filiationis ē ipa per
sona nō natura nisi rōe psone. Hinc ē ꝙ cū
ī xpo sūt due natiuitates ñ tn̄ sūt plures
filiatiōes sed vna tm̄. ¶ S3 simpliciter
Scot⁹ dicit oppositū dic em̄ ꝙ sicut in
xpo sunt due natiuitates siue generatio
nes: sic ponēde sunt due filiatiōes. ⁊ iō ē
Quia ad multitudinē terminorū relati
uorum sequit multiplicatio relationū.
Unde si ego sū pater ⁊ genuerim decem
filios sicut filij multiplicāt: sic etiā mul/
tiplicant paternitates. patet: q: si vnus
moriat nō sum pat illius defuncti ⁊ ta/
mē remaneo pr aliorū. ¶ Ad multitudi
nē fundamtorū relationū seqt multipli/
catio relationum: vt si sint due albedi/
nes q̄ sunt fundamta silitu3: ⁊ iō sūt due
silitudines rōne duorū fundamtorū. In
pposito aūt fundamtū filiatōis nō ē p/
sona sed natura ⁊ in xpo sunt due natu/
re: ideo sunt duo fundamta filiationum
Ideo erūt due filiatiōes vt pri⁹ dictū ē.
de duab⁹ natiuitatib⁹. Ad multitudinē
terminorū ⁊ fundamtorū simul sequitur
multitudo relationū: vt p3 ex pcedētib⁹
Et cum dicit ꝙ filiatio ē ppzietas perso
ne ⁊ nō est propzietas nature. Potest eti
am dici ad scdm ꝙ minor nō ē vera: pre
cīi meo vel matre mea viuentib⁹ ego ha
beo duas filiationes: vnā ad patre aliā
ad matrē: p3 q: defuncto vno adhuc ma
net filiatio ad matrem meam. Ad ter/
tiā negat assumptū: q: ad multitudinem
discipulorū multiplicant magisteria: nec
sequitur ꝙ mltiplicitet mgr: q: ad mul
titudinē absoluti siue forme non sequit
multiplicatio ↄcretorū sed ad multitu/
dinē ↄcretorū requirit tā multiplicatio
forme q̄3 etiā subiectorū. Ad veritatem
cōcreti nō sequit veritas abstracti. Pōt
etiā scia multiplicari remanēte virtute
scientis.

Queritur sexto. Utrum
xp̄s sit filius naturalis rōne vtriusq̧ na
tiuitatis.i.vtrū xp̄s sit filiꝰ dei naturał
ꝑ generationē eternalē:ꝫ vtꝝ sit ꝛc̄.scilꝫ
tēporalis ꝛ eterne. Ille dicitur filiꝰ natu/
ralis alicuiꝰ q̄ ē ꝓductꝰ naturalitẽ ab eo
similis sibi in natura intellectuali ꝛ sen/
sitiua Requiritur ergo ꝑmo ꝙ sit ꝓductꝰ
ab eo:ex h̄ pꝫ ꝙ defecit turpiter warilio
dicens. Iohānē euāgelistā eē filiū ꝟgis
naturalē factū ꝑ verba saluatoris q̄ dic̄
in cruce. Ecce mr̄ tua. Implicat eīm cō/
tradictionē:aliquē filiū eē naturalē ali/
cuiꝰ ꝛ ab eo nō eē genitū:ꝛ dꝫ naturalitẽ
ad dr̄iam spūſſancti q̄ probatur liber et
alioꝝ protector libere. Dicitur etiā simił
ꝓducti in natura decretu cuiꝰ rana nō ē
filia solis nec pediculus hoīs. Dicitur ī
natura intellectuali vł sensitiua:qꝛ filia
tio nō reꝑitur in natura insensibili. ¶ Re
spōdeo ad qōnē ꝙ penes vtrāq̧ natiui/
tatē tā et̄nā q̄ tꝑalē dꝫ xp̄s vere filiꝰ na
tural. Et rō est:qꝛ xp̄s ē ꝓductꝰ silis ex
sili fm silitudinē ꝛ couenientiā in natā:
productus est eīm tā a pr̄e eternałr q̄ a
mr̄e tꝑaliter ꝯsilis pr̄i fm naturā diuaꝫ
ꝛ simił mr̄. fm naturā hūanam in natu/
ra intellectuali. Naturalis āt dic̄ magꝭ
habitudinē ꝑncipij actiui q̄ habitudi/
nē forme. Dr̄ eīm filiꝰ naturał q̄ ē a na/
tura ꝛ q̄ trahit naturā ab aliq̄: nō ꝙ ipa
filiatio sit ꝓꝑetas ꝯūs ipsā naturam sed
magꝭ ꝑsonā. Est eīm ꝓꝑetas ꝑsone. Un̄
hec ē magꝭ ꝓpa:xp̄s ē filiꝰ naturał vł
natura q̄ xp̄s ē filiꝰ eēntialis vel filius
eēntia:in ablatiuo Fatēdū ē ḡ xp̄m filiū
naturalē ꝟginis eē rōne tꝑalis natiuita
tis sic̄ ē filiꝰ naturał pr̄is rōne et̄ne nati
uitatis ¶ Nota naturale capitur vno mō
put distinguitur ꝯ supnaturale:h̄ mō in/
carnatio siue vnio ꝟbi diuini ad naturā
hūanā nō ē naturał sed supnaturalis.
Scd̄o mō vt distinguitur ꝯ violentū: hoc
mō ad naturā hūanā ē naturał qꝛ q̄libꝫ
creatura hꝫ naturalē inclinationem ad
obediendū diuine potētie ꝛ maiorem q̄
ad q̄dcunq̧ aliud. Tertio mō vt distin/
guitur ꝯ li. arb. h̄ mō incarnatio n̄ ē natu
ralis sed libera:qꝛ deꝰ mere libere vni/
uit sibi in vnitate ꝑsone naturā nostraꝫ
Quarto mō ꝓut distinguitur ꝯ artificia/
le:hoc modo incarnatio ē artificialis:qꝛ
est ab arte diuina sic̄ quelibet creatura.

Circa nonam di/
stinctionē tertij queritur.
Utrum cultus latrie sit ex
hibendus humanitati siue
carni xp̄i. Sciendū ꝙ latria ē quedā re/
uerentia. ¶ Duplex est aūt reuerentia.
Quedā ē interior. Quedam ē exterior
Pr̄ia fit per actus interiores sꝫ ꝑ actuꝫ
intellectꝰ ꝛ actū voluntatis. Scd̄a fit
ꝑ actus exteriores qui sun: signa reuerē
tie interiores: vt sunt genuflexiones ꝛc̄.
Reueri aliquē actu interiori ē reputa/
re bona sua ꝑsona respectu illiꝰ quē ali/
quis reueretur cuiꝰ bona extimat magna
vt si ego reuereor ꝟginē beatā repudian
do eiꝰ bona magna ꝛ mea ꝑua:imo pene
nulla respectu bonoꝝ ꝟginis gloriosissi
me. Sic etiam de quocunq̧ quē reuere/
or. Duplex est autem tale addendo reuereri siue
reuerentia interior. Quedam est latrie
Quedam dulie. Reuereri actu interio
ri reuerentia latrie ē extollere ī corde.i.
in anima bona alicuius tanq̄ summa a
quo sic magnificans habet omia bona
sua ꝛ quicquid habet. Et sic due condi/
tōes requirūtur. Pr̄io opꝫ ꝙ extollat eū
quem reueretur tanq̄ habentē bonitatem
supremā:ꝛ talis reuerentia ē soli deo de
bita. Secundo requiritur ꝙ sit magni/
ficās ꝛ extollens ꝛ recognoscat se habe/
re ab illo quicq̄d boni habet ꝛ bone na/
ture ꝛ fortune ꝛ gratie.ꝛc̄.ꝛ talis reuerē
tia non habet obiectum couueniens nisi
solum deum. ¶ Huic autem actui inte/
teriori qui est actus latrie correspondēt
aliqui actus exteriores qui sunt signa ꝛ
protestationes talis reuerentie interio/

ris: vt omnes cerimonie exteriores quas in ecclesia fideles xpi faciunt sicut in lege veteri erant sacrificia et oblatiões animalium. etc. ¶ Ultra ex his actibus tam interioribus ꝙ exterioribus frequenter iteratis generatur habitus qui dicitur latria. Ex his ergo sequitur ꝙ latria potest capi tripliciter. Uno modo pro actu interiori quo reueremur deum actu interiori reputando bonitatē eius summā. Alio modo pro actibus exterioribus significantibus huiusmodi actum interiorē. Tertio modo pro habitu aggregato ex frequentibus actibus latrie. Et iste habitus habet pro obiecto actum reuerētie contra deum: et continetur sub iusticia qua redditur vnicuique quod suū ē. Et sic pt diffiniri latria. Latria est reuerentia soli deo debita et sibi exhibita. In q̄ diffinitione ponitur reuerētia loco generis: qr est cōmunis latrie et dulie: qr dulia ē proprie reuerentia que debetur creature intellectuali virtuose rōne sue virtutis. Et dr soli deo debita loco drie: qr differt per hoc a dulia. Et dicitur exhibita loco complemēti: qr nunq̄ ē latria completa nec perfecta nisi deo exhibita. ¶ Latria est sūma veneratio potētialis. Cultus reuerentia honor. Ista tria sunt idem in proposito. ¶ Et nota ꝙ latria in greco habet tria nomina. scilicet. theosebia: eusebia. In latino vocatur autem religio seruitus et pietas. ¶ Religio fm Tullium est que superioris cuiusdam nature quā diuinam vocant cultum cerimoniamque affert: et a tali religione dicuntur omnes christiani religiosi: de religiōe christiana cuius religionis christus est summus patriarcha. Dicitur etiā seruitus simpliciter et anthonomatice: qr ipse deus sicut est supremus dominus: sic est sibi correspondens summa seruitus qua dicitur latria de qua seruitute dicit saluator. Matthei. iiij. Et Deutero. octauo. Soli deo seruies. ¶ Dicitur etiam pietas inquantum tendit in deum summū bonum: quia est pater omnium sūmus. ¶ Et pro istis ponitur talis propositio Prima nulla creatura fm se et absolute ɔsiderata ē hrificāda seu adoranda adoratione latrie. Patet ex predictis in diffinitione latrie. ¶ Correlarium. Nulla imago cuiuscunque sancti etiam ipius christi est adoranda adoratione latrie. Et probatur de imagine contra antiquos doctores qui dicunt ꝙ crux inquantum est signum christi crucifixi adoratur eadem adoratiōe q̄ ipe christus ī se adoratur: ita ꝙ nō est nisi vnus et idem motus ad imaginem et imaginatum ¶ Contra hoc arguitur sic: qr illa habitudo que ē signi ad signatum ē vera creatura. Nō enim est aliud ꝙ relatio vel realis vel rationis que est in ipa cruce: et per cōseqns est creatura. et sic nō est adorāda adoratione latrie. Item si crux esset adorāda ratione illius relationis latrie: sequitur ꝙ beata virgo esset magis adoratōne latrie adoranda. patet cōsequētia: qr beata virgo maiorem habuit habitudinem ad filium suū qui est christus deus et homo ꝙ habeat crux. Ipa enim maternitas est maior habitudo ꝙ sit habitudo signi ad signatum. Item si talis habitudo esset ratio adorādi crucem: sequitur ꝙ accidentia in sacramēto altaris eēnt adoranda tali adoratione: patet: qr illa accidentia sunt vere sacramentum: et signum corporis christi deitati vniti: et sub illis ē in presentia propria sicut est in celo qua non ē in imagine crucis. Et clarum ē ꝙ nullo modo debēt adorari cū sint pure creature: sed ipe deus sub illis spēbus cōtentus adoratur: ḡ crux inquātū repn̄tat xpm nō ē adorāda adoratione latrie. ¶ Secūdum correlarium Imagines fcō ad repn̄tandū p̄rez in diuinis vel spūscm quo ad deitatez nullo honore sunt venerāde nec adorāde adoratione latrie: sed potius sunt destruende

q2 q̄cq̄d ē impium debet destrui in eccle
sia. Sed iste imagines facte ad repre/
sentādum patrem vel spiritū sanctum
in diuinis sūt maxime impietatis: ergo
sunt penitus destruende. Unde Dama
scen⁹ in q̄rto. Insipientie maxime z ipie
tatis est figurare qd̄ diuinū ē. Unde vt
ibidem dicit ante incarnatiōez xp̄i vt in
veteri testamento nullo mō licitum fuit
figurare aliquib⁹ imaginib⁹ aliquā diui
naꝝ p̄sonaꝝ. Sed p⁹q̄ȝ dei fili⁹ hūanā
naturā sibi vniuit: licitū est ipm̄ tm̄ figu
rari. ¶ Itē q̄cquid est signū falsū z erro
nee figuratū debet repelli z destrui in le
ge ꝟitatis: sed iste imagines p̄dicte sunt
signa falsa: ḡ zc. minor patet. illud est si
gnū falsū qd̄ alit̄ rep̄ntat sigtū q̄ȝ sit in
rei ꝟitate: sed p̄dicte imagines falsē et er
ronee rep̄ntant p̄rē z sp̄m sanctum ali
ter q̄ȝ sunt in veritate quia representant
ipsum patrem vt antiquum barbatum:
z sp̄m sanctū vt colūbam qd̄ est falsum:
z ipū credere. ¶ Si dicas q̄ sp̄ūsanct⁹
apparuit in specie columbe. Dico tamē
q̄ nō assumpsit sp̄ūs ip̄am columbā vel
linguas igneas in vnitate ypostatica: iō
sp̄ūsanctus nunq̄ȝ fuit columba. Pre/
terea ip̄a colūba nō rep̄ntabat sp̄m scm̄
in se siue i p̄sona sua sed solū rep̄ntabat
aliquē effectū factum vel faciendū a sp̄ū
scō appropriate: z sic de alijs. Si dicas
q̄ licitū est sp̄m scm̄ depingere in sp̄ē co/
lumbe: q2 in eo apparuit: queritur nō de
pingit̄ sub sp̄ē ignis vel flat⁹. zc. ¶ Itē
oē qd̄ ē puocatiuum ad idolatriā est de/
struendū z abolēdū: sed h⁹mōi imagines
sūt puocatiue ad idolatriā: ḡ zc. maior
ē nota: mīor probat̄: q2 claꝝ ē q̄ hee ima
gines q̄ in eccl̄ia depingūt̄ fiūt propter
laicos simplices tātūmodo s3 vidēt sim/
plices h⁹mōi imagines p̄dictas indicant
z credūt patrē z sp̄m scm̄ esse tales in se.
ḡ zc. ¶ Tertiū correlariū. Uirgo glio/
sa mater dei nō est adoranda adoratiōe
latrie p3. q2 solus de⁹ ē tali adoratōe ad
orādus: ḡ zc. ¶ Quartū. Crux christi
in qua passus est xp̄s non est veneranda
adoratōe latrie. p3: q2 nec i q̄ntū ē res i se.
nec inq̄ntū rep̄ntat xp̄m: nec inq̄ntū teti/
git sacratissima xp̄i mēbra: nec inq̄ntū in
ea xp̄s exercuit mysteriū nr̄e redēptōis.
ḡ zc. Primo mō nō: q2 sic ē pura creatura z
ligniī. Nec scd̄o mō. q2 illa relatio signi
ad signatū est sola creatura. nec tertio mō
q2 p̄stat q̄ multe res alie vt fuerūt ma/
nus crucifigētiū z sepelietiū ip̄3 z maria
magdalena tetigerūt eū. z sup oīs sua
mr̄ dignissima veri⁹ ip̄3 z p̄fecti⁹ diuti⁹
tetigit portauit z freq̄nter osculata ē sā
ctissimis eū labijs. Et tñ hoc nō obstan
te ip̄a nō d3 adorari latria. ḡ zc. Item
nunq̄d ip̄e demon portauit eū sup mōtē
excelsū. Nec quarto mō cōstat ḡ q̄ non
solū exercuit redēptiōez hūani generis
in cruce: vez etiā z p̄ncipali⁹ in sui san/
guinis bn̄dicti effusione q̄ tñ separatus a
corpe z a diuinitate nō fuit nec ē adorā/
dus adoratiōe latrie. ḡ nec crux. ḡ. zc.
¶ Itē planū ē q̄ p̄ncipalissime redēptō
nem hūani gener̄ in sua bn̄dicta hūani
tate exercuit: z tñ p̄stat q̄ si a diuinitate
esset separata nō eēt adorāda latria. vt di/
cit Aug⁹. z habet̄ in lr̄a Et dicūt cōiter
oīs doctores. ḡ multo min⁹ ip̄sa crux.
¶ Nota q̄ cū crucem adoramus ipsum
xp̄m adoramus: ita q̄ loco crucis intelli
git̄ esse xp̄s quasi cōcretū loco abstracti
vbi ibi. O crux aue spes vnica zc. sens⁹
est. O xp̄e crucifixe ¶ Nota q̄ sanguis
xp̄i verus z nō tñ miraculosus q̄ reman
sit sup terrā post resurrectōez nō ē ado/
rād⁹ adoratione latrie. Ille d̄ sanguis
xp̄i verus qui aliquando fuit in corpo/
re xp̄i z vnitus diuinitati aliquādo fuit
Q, aūt nō sit adorandus. patet: q2 tal̄
sanguis nō est vnitus diuitati: ergo. zc.
Sanguis autem xp̄i qui est in altari p⁹
cōsecrationē est adorandus latria: eo q̄
est vnit⁹ diuinitati sicut corpus christi.
Sanguis autem xp̄i miraculosus q̄ sci/
licet nunq̄ȝ fuit vnitus xp̄o sed de nouo
a deo est creatus. vt Parisius dicitur cē

q effusus ab vna hostia gladio p quedaz iudeu vulnerata: talis nec sanguis nō est adorandus nec venerandus tanta veneratione quāta sanguis qui semel vnitus ē xpo. ¶ Adorare fm Rabanū Est eum qui est adorandus tota mentis intentione querere. Unde ista differūt scz orare: adorare: colere. Orare siue orato est quedam eleuatio mentis in deuz per cognitionē z amorem. Adorare autem vltra hoc addit q queramus deuz tota intentione. Querere credēdo z firmissime sentiendo ipm habere sūmam bonitatem: z ab ipo omne bonum emanare: z sine ipo nihil boni potest haberi. Colere dicit omnia predicta addendo cerimonias exteriores: vt sunt genuflexiões sacrificia. zc. ¶ Et nota q large capiendo cultus: honor: z reuerentia sunt idez Damascenus. Nō nudam carnem adoramus sed vt vnitum diuinitati in vnā ypostasim dei verbi. ¶ Respondeo ad qstionem dicendū q caro xpi dicit multipliciter. Uno modo pro toto homine xpo: vt Joh. pmo. Uerbum caro factū est. Et hoc modo: quia ille homo ē deus rōne persone verus adorandus ē latria. Alio modo caro xpi capitur vt dic corpus tm: vt dicitur cōtra animam: z hoc modo dupliciter. Uno modo per se et absolute nō inquātū est vnitū diuinitati z sic nō debet ei cultus latrie: qz vt sic ē pura creatura. Alio modo vt ē vnitum verbo diuino: z hoc modo dubiuz est an debeat adorari latria: similiter de aīma christi. ¶ Et de hoc ē duplex opio. Prima dicit q caro xpi nec fm se nec vt vnita verbo diuino est adoranda adoratione latrie: qz siue consideret siue nec sp est infra limites nature: quia nec natura humana: nec illa vnio est deus sed pura creatura. nec in istis fit cōmunicatio ydiomatū prop: er repugnantiā intellectuum. Unde sicut nō dicendū ē humanam naturam in xpo esse eternam. quia est vnita eterne: sic hoc modo dixerunt: q nō sit adoranda latria. Alia opio dicit q licet humanitas fm se considerata nō sit adoranda latria: tamen vt consideretur vnita diuine nature siue verbo diuino est adoranda adoratione latrie. pro eo q secus est de exhibitione honoris z pprietatibus aliis. Honor eīm non respicit hanc vel illam sed respicit ipam psonā. Unde q̄uis purpura z vestimētū non pticipet proprietates regis absolute: cōmunicat tamen in honore z reuerentia sicut dicit Augustin᷒ z recitat magistra in littera. Et ideo quia ē vna psona in xpo cui debetur reuerentia sūma. vna adoratione est adoranda. s. latria quantū ad vtrāq naturā sicut vna z eadem adoratione adoratur i vno homine caput z pes. Unde Damascenus Xps ē perfectus deus z perfect᷒ homo quem adoramus vna adoratiōe cū pre z spūsancto z incōtaminata carne eius. ¶ Ad hanc aūt auctoritatē dicerent illi de pma opinione q cum capit dupliciter Uno modo copulatiue: z sic nō capitur hic. Alio modo associatiue z sic capitur hic: quia ipa natura nō debet secludi ab adoratione latrie. Humanitas eīm vnita verbo diuino ē inclusa in tmīo totali adorationis: tamen secluditur in oratione adorationis: quia ille homo soluz inquātū deus est adorandus adoratiōe latrie. ¶ Notandum q dictio exclusiua quotienscūq additur alicui subiecto respectu alterius pdicati excludit oē illō a quo vere negat illud subiectum: vt solus petrus est intus: z nihil aliud ab eo est intus. Si enim dictio exclusiua addatur alicui subiecto supponit pro toto intellectuali vel ēentiali respectu alicuius pdicati alic᷒: q non potest cōpetere toti nisi cōpetat parti. Illa propositio i qua dictio exclusiua addit toto essentiali de est scdo adiacēte ē falsa z impossibil vt tm homo ē ergo homo ē ab exclusiua ad suā prciacentē vltra homo ē ḡ aīma eius rōnalis est vltra. Anima rational est: ergo aliqd aliud ab homine ē z vltr

rius: q aliquid aliud ab homine e: ergo nõ tm homo e. Similiter de dictione exclusiua addita termino relatiuo i ppositione de est secũdo adiacente. Et hoc iõ: quia als duo cõtradictoria essent sil' vera scz: tm̃ pater est z nõ tm̃ pater est. ¶ Soli deo fuies seruitute latrie. Hec propositio sic exponitur. Deo seruies z nulli alij rei a deo seruies. Sed humanitas christi siue fm se considerata siue vt diuinitati vnita e alia res a deo: ergo ei non est seruiendum seruitute latrie. Et sic posset replicari contra solutionem primi articuli in textu. ¶ Sciendum q licet xps fm q hõ deũ orauerit z adorauerit. quia isto modo est eo maior: sicut dicunt euangeliste q orauerit in ortulo nõ tamen concedendũ est q xps orauerit vel adorauerit simpliciter id est sine ista determinatione inquantũ homo vel fm naturam humanã. Et si arguatur: xps fm q homo orauit: ergo xps orauit cõsequentia nõ valet: imo e falsa fm qd ad simplr. Et ratio e: quia xps e nomen suppositi diuini q e filius dei cui nullo modo orare competit. Etiam ad vitandũ errorem Nestorij q posuit in xpo duas personas vnam orantẽ z aliam exaudientem. Et errorem Arrij qui ponebat filiũ minorẽ patre z ei subiectũ: z ita q ipe debebat patrem adorare z orare. Idcirco ad cauendum huiusmodi errores ecclesia nõ dicit xpe ora pro nobis. sed xpe exaudi nos z miserere nobis. In hoc ergo e summa sentẽtia fm omnes: q quando adoramus xpm nõ secludimus humanitatẽ nec ad eam respicimus sed ad psone dignitatẽ.

Secũda questio. Utrũ cult⁹ latrie exhiberi debeat imagini xpi

illa oratio qua orauit in passiõe vt calix transferret̃ a se fuit a ratiõe an a sensualitate. ¶ Notandum ꝙ ly calix hic nõ capitur ꝓ vase argenteo: vel aureo vel calibeo sꝫ pro passione. Calix eñ est idẽ ꝙ passio in ꝓposito ꝛ sic oẽs martyres calicem dñi biberunt. ꝛ sic capiebat xp̄s ibi calicem. qñ dixit: calicem q̇deꝫ meum bibetis. ¶ R ñdeo ꝙ de predicta oṙone est loqui dupl'r. Aut q̄ꝫtum ad materiã vel q̄ꝫtũ ad formã. Materia cuiuslibet orationis est id qḋ petit̃ ab aliq̃. Forma aũt oratio est discretio petentis ꝛ modus petendi. Ut aliquis habẽs temptatiões rogat auferri sibi illos stimulos. hec ẽ materia: tñ qñ dicit ꝯñter si sit bñplacitũ suum: vl' si sit expediẽs saluti mee: ꝛ hec est forma oṙonis. Si loquamur de ip̄a oratione xp̄i q̄ꝫtũ ad materiã fuit a sensualitate tm̃: qꝛ sensualitas hoc petebat ꝛ affectabat scꝫ nõ mori. Si aũt loquamur q̄ꝫtũ ad formã sic' cũ forma petitionis respiciat discretionẽ ꝓponentis ꝛ talis modus ꝓponẽdi sit a discretione rõnis. concedendũ est ꝙ talis oṙo fuerit volũtatis rationalis Ad q̃oneꝫ ꝓpositam ergo est dicendum ꝙ nõ est simpliciter concedendum ꝙ talis oratio fuerit simpliciter rationis vel simpliciter sensualitatis. Sꝫ

quodāmodo ipsius sensualitatis q̄ꝫtum
ad materiā:sed rōnis q̄ꝫtuꝫ ad formā lꝫ
sensualitatis vt mouētis sed rationis vt
proponentis:sensualitatis vt ꝑ quo:sed
ratiōis vt a quo. Unde bene ꝛ recte dici
tur ꝙ ratio fuerit aduocatrix sensualita
tis qꝛ appetitus sensualitatis nescit ora/
re. ¶ Sꝫ tūc restat questio. Cum ratio
sciret sensualitatē in hac petitiōe nec ex/
audiēdam nec dignā exaudiri vt pote qꝛ
petebat cōtrariū dei ꝓpositi:quo modo
hanc petitionē ꝓposuit:ꝛ ꝓ ea allegauit
¶ Dicēdum ꝙ ad hoc fuit triplex ratio
nec tamen christus absolute volebat ex/
audiri. Huius tamen. ¶ Prima ratio
et precipua fuit ad manifestationem ve/
ritatis nature assumpte que naturaliter
recusabat passionē: in hoc erudiuit fidē
nostram. ¶ Scd̾a vero ad cōfirmandaꝫ
nostram imbecillitatem vt nō diffidamus
si passionū pericula exhorremus: in hoc
erexit nostram spem. ¶ Tertia vt osten
deret voluntatē nr̄am volūtati diuine es
se ꝑ oīa subijciendā qđ ostēdit in ꝯditōe
apposita. Non sicut ego volo sꝫ sicut tu
Et in hoc ordinauit charitatē in nobis
que affectū nr̄m diuine voluntati cona/
tur subijcere. Unde magis orauit in il/
la oratione ꝓ nobis: q̄ꝫ oraret ꝓ se. Et at
tendenduꝫ est ꝙ oratio illa in petitione
illa seruauit formaꝫ prudentis ꝛ fidelis
aduocati:qui desideriū sensualitatis ꝓ/
posuit:seruata tamen forma iuris. Di/
ctat enī ius diuinuꝫ ꝙ omnis appetitus
debet esse deo subiectus.

Circa decimam octauā distictiōeꝫ prio q̄rit̃
Utruꝫ xp̄s meruerit ab in/
stanti sue conceptiōis. Ha/
betur supra q̄d sit meritū. Uide in scđo
distin. v. De merito angeloꝝ habes etiā
ꝙ triplex est meritū. xxvij. dist. ij. scilicet
meritū cōdignum. cōgruum ꝛ dignum.
¶ Notāduꝫ ꝙ iste ꝑpōnes. a. ab. abs. qñ
adduntur alicui termino dicunt ordinē
vel includendo illum terminum cui ad
duntur vel excludendo vel inclusiue vel
exclusiue vt ab instanti cōceptionis pōt
capi inclusiue id est in primo instāti sue
conceptionis: vel ab instanti pōt capi ex
clusiue id est post primū instans sue ꝯce
ptionis vel post primuꝫ instans in quo ꝓ
ductus fuit meruit. Unde fuerunt sex
in primo instāti scꝫ tēpis cōceptiōis sue.
¶ Primo fuit ibi collectio purissimoruꝫ
sanguinum virginis marie ꝛ in instāti il/
lo reposita in loco debito. Secūdo fuit
organizatio ꝛ formatio perfectissima il/
lius corporis sacratissimi. Tertio fuit aīe
creatio. Quarto fuit vnio aīe cum cor/
pore. Quinto fuit assumptio totius hu
manitatis xp̄i ad verbum diuinū. Sex/
to fuit gratificatio qꝛ fuit repleta sūma
gratia. Septimo fuit beatitudo qꝛ ha/
buit claram visionem diuinitatis. Octa
uo fuit perfectissimuꝫ meritū quo obtu
lit se deo patri. Et fuit ꝑfecta operatio
meritoria quia accepit mādatū a patre
mori pro humano genere et in illo instā
ti acceptauit illā obedientiā ꝛ ibi fuit ꝓ/
mo crucifixio sua voluntaria. Et illud
instans vocatur instans conceptionis.
Ideo in ista questiōe diuersificati sunt
doctores scꝫ scotizantes cōtra doctores
cōes ꝛ antiquos: qꝛ primi scotiste tenent
ꝙ ista octo fuerunt simul facta in codeꝫ
instāti tpis in predicta ꝯceptōe filij dei.
Doctor seraphic⁹ videt̃ approbare vtrā
q̄ꝫ opinionē tn̄ magis videt̃ declinare ad
tiquos dicēdo ꝙ est planior ꝛ cōior. Be/
atus thomas etiā dicit in tertio ꝙ placꝫ
sibi scꝫ opinio scotistaruꝫ. ¶ Respōdeo
ad questionem. Ad perfectionem meriti
duo cōcurrunt videlicet ipse actus gra/
tuitus id est gratia ꝛ habitus ipsius id ē
actus id est vsus vel opatio. Non enī suf
ficit habere gratiā sꝫ oꝫ opari. ¶ Primū
dictū xp̄s a principio sue ꝯceptionis me
ruit q̄ꝫtum ad habitū gratuituꝫ qui red
dit hn̄tē dignū premio id ē habuit grāꝫ
et charitatē que est radix merendi ꝓprio

modo q̄ omni bono℞ premio dignū fuit ¶ Scdm dictū declarās opinionē alexādri 3 xps meruerit statim post pn̄cipiū sue cōceptionis non tn̄ meruit in primo instati illius ↄceptionis. Et rō isto℞ est q̄ operatio dz sequi ordine tp̄is eē substātie. Naz operationes sunt accidentia et qualitates ergo oportebat esse substantie precedēs opari. ¶ Tertiū dictū. Si alicubi inuenit̄ scriptum ab aliquibus doctoribus q̄ xps a principio sue ↄceptionis meruerit dicunt verum esse fm q̄ a dicit ordinem principiū extra sumptum id est post nō intra: per istā distinctōez declināt auctoritates sctō℞. ¶ Quartū declarās opinionē scotistarū xps in ipso cōceptionis primordio inclusiue meruit q̄tuz ad actū z vsum virtutis hoc est datum ei p gratiā perfectissimam vt in primo instāti nō solū haberet habitus virtutū sed z actus z vsus vnd esimul incepit esse vsum habere comprehensoris in anima xpi etiā in eodem instanti habuit omnia predicta cū actu meriti qui consistit in motu volūtat3. Vñ iere. xxxi. Nouū faciet dñs sup terrā mulier circūdabit virum. Videt̄ ergo q̄ xps fuerit vir ab instanti conceptionis sue sed constat q̄ non fuerit q̄tum ad etatem ḡ fuit vir q̄tū ad animi vigorē z pfectam operationem viri pfecti q̄ consistit in merendo. Scdm q̄ in illo instanti incepit esse homo xps fuit perfecte btūs z in eodē instāti fuit creata aia ei⁹ z infusa corpi hūit informationē grē z exiuit in actū merendi istud dictū p3 ex p̄cedentib⁹ dictis zc.

Secūdo querit̄. Utrū

christus aliquid meruerit post cōceptionē ¶ Triplex est meritū sc3 interpretatiuum de cōgruo z de cōdigno. Primū est quo quis meret̄ simplr abusiue De cōdigno est quo qs meret̄ simplr p̄prie. Meritū de cōgruo est quo qs meret̄ ptim pprie z partim improprie Meritū simpliciter abusiue. (construendo lz simplr cum abusiue) est op⁹ de genere bono℞ tn̄ factū mala intentiōe. Talia eñ opa aliquando remunerantur a deo ex imensa largitate sicut īnuitur de nabuchodonosor vt est dare elemosynā cū murmure vt p3 in legenda sancti elimosynarij. Meritū de ↄgruo ē op⁹ bonū de gñe factū cū itēsiōe bona et alijs circūstātijs tn̄ factū fit i pctō mortali Et de talib⁹ d cōgruo faciēs disponit se ad grām. Meritum de ↄdigno est opus bonū factuz ex charitate. Cum ergo queritur. Utrum xps meruerit post ↄceptionē non querit̄ de primo nec de scdo modo s3 q̄ritur de tertio. ¶ Rñdendū ergo ad hoc q̄ trib⁹ modis mereri ↄtingit ex cōdigno. Uno modo mereri est ex indebito facere debitum sicut meretur quis in gratie infusione et motu lib. arb. quia tunc meretur vitam eternam. Scdo modo mereri est de debito facere magis debitum vt contingit de profectu in profectuz de virtute in virtutem. Tertio mō mereri est de debito vno mō facere debitū aliomodo. Aliomodo de debito p habitū facere debitum per vsum: et de debito per vnum actum facere debitum per alium actum eque bonuz. Omnibus hijs modis christus meruit nobis Meruit eñ nob gratie promotionem meruit z bono℞ operum multiplicationem. Sibi autem nō meruit nisi tertio modo tm̄ post conceptionez: ipse enim non potuit facere sibi de indebito debitum cum omni bono esset dignus. Sed qd erat debitum vno modo fecit debitum pluribus modis: et ita meruit fm tertium modum dicendi merituz solum non propter imperfectionem a parte meriti sed propter perfectionem a parte merentis. ¶ Nota q̄ consiliuz sanctissime trinitatis decreuit ab eterno nullum nobis impendere bonum gratie gratificientis siue gratis date nisi propter meritum dolorissime passionis christi filij sui vnigeniti propt̄ quod meritum dat deus disponentibus

primo gratiã iustificatiõis z psenerãtie z profectus in bono: meruit etiã nobis omnia bona opera z meritoria que nos facimus quia illa opera non erunt deo grata nisi fundantur super meritum passionis christi. Et nota q christus tãtum intensiue habuit quãtum habuit per totã vitam suam z in hora mortis. In illo enĩ instanti obtulit semetipsum et suam vitam z omnia que facturus passurusq erat sanctissime trinitati ex intensissima voluntate z charitate in qua oblatione tantum meruit quãtum in cruce. Non tamen tantum passus est quantum in cruce quia tunc non experiebatur passionẽ nec etiam ipse imaginatiue sic offerebatur passio sicut in orto. Ideo pessime et heretice dicitur a quodã q tantum patiebatur in vtero matris quãtum in cruce Ideo dicitur in textu non propter imperfectionem meriti quia primum meritum christi fuit perfectissimum propter perfectionem merentis quia fuit persona diuina et infinita. Et hoc est q dicit in littera non profecit christus fm meritũ quãtũ ad v̾tutẽ meriti tñ quãtũ ad numerum meritorum qz addebat merita meritis plura hñit merita i passiõe q̃ i pceptõe.

Tertio querit. Utrum

christus aliquid meruit in passione. Passio capitur ibi pro corruptione subiecti in quo est christus non tamen meruit in actibus meritorijs sed nõ tantũ in istis sed etiam in passionibus sibi illatis a iudeis z seruitoribus pilati z hoc meruit accipiendo illas voluntarie non enim passus fuit frustra sed ex rationabili cã nec passus propter demeritum culpe: sed propter amorem veritatis z iusticie: videbat enĩ principes sacerdotum q erant distorti a lege dei per auariciam z hypocrisim z alia. Et hoc videns xp̃s non tacuit vicia eorum Ideo procurauerũt crucifixionem eius. Et etiam declarauit legem quam illi peruertebãt. ¶ Notandum q in passione est duo considerare. Videlicet passionis causam z passionis sustinentiam. Passionis causa est a violentia agentis proprie sed passionis sustinentia est a voluntate patientis. Quantum ad primum passio non est meritoria: nec demeritoria quia est ab extra Iudei tñ et pilatus z crucifixores fuerũt remota cã passionis christi z isti demeruerunt fm plus et minus. ¶ Nota quãtum ad scdm potest esse meritoria vel demeritoria. Meritoria autem si quis eam perferat ex voluntate bona. Demeritoria autẽ si quis eã sustineat inpatienter et ex voluntate iniqua. Quando ergo christus passionem pertulit non tantum ex voluntate bona immo etiã ex volũtate optima quia summo nisu z conatu Hinc est q passio eius meritoria nõ solũ fuit sicut passiões sanctorum: sed sup oĩa merita tenuit principatum. Nota q si ifinita essent peccata etiã horribilissima nõ tñ tantũ displicerent deo: quãtum placuit voluntas christi optima qua cum summo nisu et conatu amoris offerebat deo suas sacratissimas passiões z tristicias z angustias ideo meritum passionis christi dicitur fuisse sufficiens ad delendum oĩa peccata: tñ quãtũ ad efficaciam solum delet peccata qui se disponũt vel electorum finaliter. Et hoc siue in instanti sue conceptionis in quo etiam obtulit trinitati sanctissime suam passionẽ futurã in quo meruit tm̃ quãtũ in passionis hora z hoc intensiue q̃uis in passione magis meruerit extensiue.

Quarto querit. Utrum

xp̃s sibi meruit dei fruitionẽ siue p̃mium finale. ¶ Fruitio capit tripl'r. s. coĩter sic frui est vti cũ gaudio id est delectatiõe z breuit nihil est fruitio nisi actus vl' opatio volũtatis gaudiosa. Et sic capit i eplã ad philemonem vbi ap̃ls dicit ita frater fruar te in domino. Scdo mõ capit fruitio pprie z est alicui amore inherere propter se: z sic importat motum volũtatis

cum quiete & est operatio voluntatis q̃c tatiua. Tertio modo capitur fruitio ꝑ ꝓxiſſime & ſic frui eſt in cognitis quieſce re voluntate delectata ꝓpter ſe & ſic iclu dit vtrāq; p̄dictam q2 eſt oꝑatio volūta tis q̃etatiua & gaudioſa in qōne capitur frui ꝓꝑxiſſime. ¶ Nota duplex eſt p̄miū ſc3 ſubſtātiale & eſt videre deu3 & amare fruitiue ipſum& d̄r aurea. Scd̄m eſt p̄re mium ꝯſubſtantiale& eſt in pte ſenſitiua nō enim ſolum anima erit beata: ſed oēs aliȷ̄ ſenſus erunt beati ſuo modo q2 quie ſcent & ſūme delectabunt in obiectis ſibi cōuenientibus. Tertiū eſt p̄remiū acci dentale & eſt quodlibet gaudiu3 habitū de creatura. ¶ Reſpondeo dicendu3 ꝙ cōiter nō cōcceditur ꝙ x̄ps ſibi meruerit ſubſtantiale p̄remium & hoc innuit mgr̄ in lr̄a ſatis expreſſe. Rō huius eſt. Na3 meritū dicit ordinem ad p̄remium ſicut diſpoſitio ad complementum: ſicut via ad terminū & ideo neceſſe eſt meritum p̄ cedere p̄remiū vel tp̄e vel ſm̄ ordine3 na ture. Neutro modo aut debuit in x̄po p̄ cedere nec p̄receſſit. ꝓpter hoc ꝙ aīa x̄pi nō eſſet idonea ad vnionē niſi eēt3 beatiſ ſima & deiformiſſima qḋ fit p̄ gr̄e īfuſio nem. Si ergo neceſſe fuit vnionē illā an tecedere oīa merita ſm̄ ordinem nature: neceſſe ergo fuit deiformitate3 glorie in chriſto p̄recedere omē3 vſum gr̄e. Ideo gloria in x̄po p̄ceſſit omnia merita ꝓpter ſummā dignitate3 q̄ fuit in aīa x̄pi a ſua creatione: ſc3 propter vnione3 ipſius ad verbū. Sicut ergo incarnatio nō cadit ſub merito ſic ip̄a gloria anime x̄pi. Vn̄ Aug. xiiȷ̄. lib. de trinitate In rebus p̄ tē pus ortis id eſt in omnibus effectib9 dei illa ſūma gr̄a eſt id eſt gratuita dei cōde ſcenſio vel volūtas q̄ homo īvnitate p̄ ſone cōuinctus eſt deo. Et in ench. dicit ꝙ nullis p̄cedentib9 meritis ille hō copu latus eſt deo ſed illa copulatio non po tuit eſſe ſine dei fruitione q̄ eſt p̄remium ſubſtantiale iſtud cū p̄remiu3 eſt duplex quoddā eſt obiectiuum et eſt ipſe deus. Aliud eſt ſubiectuū.

Quinto querit. Utrū meruerit x̄ps ſui corporis glorificationem ¶ Notandum ipſius x̄pi & cuiuſlibet ho minis cōplete bt̄i triplex eſt glorificatio Quedam eſſentialis que cōſiſtit in opti mis oꝑationibus intellectus & volunta tis tendentibus in deum & hec dicit glo rificatio anime. Alia quedā cōſubſtanti alis q̄ cōſiſtit in perfectiſſimis operatio nibus potentiaru3 ſenſitiuarum ſm̄ q̄s tendunt in ſua obiecta p̄fectiſſima: q2 ſi cut aīa x̄pi eſt glorificabilis ſic potentie ſenſitiue ſunt nate glorificari ſm̄ qḋ id ē ſm̄ operationes ſuas. Et d̄r ſm̄ quid: q2 anima eſt glorificabilis ſimplr̄ & de iſta eſt queſtio. p̄ns q2 clarū eſt ꝙ ante paſſi onem nō habuit corpus gl̄ificatū. Que dam accidentalis couenıens anime que eſt quoddam gaudiū de aliquo facto vl̄ glorioſo: vt virgines de hoc ꝙ vixerūt in virginitate & ſimilr̄ doctoreſtē. Et dici tur aureola et ſimiliter gaudent oēs de conſortio bonoꝝ & vocat vt prius. Alia eſt glorificatio accidentalis corpis & ſūt quattuor dotes de quibus in quarto di cetur. Prima glorificatio a doctoribus ſacris vocatur ſtola. ſcd̄a & tertia glorifi catio vocatur ſcd̄a ſtola & in hoc excede mus angelos qui habent ſolū prima3 q2 non habent potētias ſenſitiuas & ſic eri mus magis beati extenſiue. Similr̄ ho mines damnati plus puniunt q̄3 demo nes ſc3 extēſiue: q2 lucifer ſolū punietur in intellectu & volūtate. Homines autē cum hoc puniātur in potētiȷ̄s ſenſitiuis vtputa inferiorib9. Et ideo ſicut homīes puniuntur. ita hoīes p̄remiabunt in po tentiȷ̄s ſenſitiuis: q2 deus p̄ronior eſt ad miſerandum q̄3 puniendū & hoc eſt con tra mgr̄3 Ioh. gerſon. ¶ Rñdeo dicēd̄ ꝙ x̄ps abſq; dubio meruit ſibi glorifica tionem ſui corpis nō ſolum agendo ſed etiā in patiendo vt dicit magiſter in lr̄a expreſſe. Ratio eſt q2 x̄ps dei & hominū

mediator simul debet esse cōprehensor et viator. Cōphensor ꝓpter suā dignitatē et viator ꝓpter nostrā necessitatē. Et iō ꝑtim debuit esse ī statu glīe: et ꝑtim ī statu miserie. In statu miserie nō debuit eē ſm supiorē portionē sed ſm inferiorē .i. ſm carnē. Et ideo ſm diuinā dispositionē necessariū fuit differri corꝑis glorificationē xp̄i. vt xp̄s esset in statu in quo ꝓ nobis posset mereri et satisfacere. Dum aūt xp̄s nobis merebat et ꝓ nobis satisfaciebat: faciebat deo placentissimū opus et ita remunerabile ſm aliquā ꝑtem glīe. Cum autē nō posset remunerari q̄tum ad ꝑmā stolā sed quantū ad stolā secundā merebatur vtriq̄ tunc xp̄s ꝓprij corporis glorificationē. Tñ Scotus dicit ꝙ nō meruit directe q: nisi fuisset impedimentū glīa aīe redūdasset naturalit̄ ī corpus tamē meruit illā corꝑis glīaz indirecte: q: meruit illi⁹ impedimēti cessationē et āmonitionē.

Questio sexta. Utrum

christus meruerit nobis ianue paradisi apertionē. ¶ Sciendū ꝙ triplex est paradisus. Prim⁹ terrestris: alius celestis Et iste ē duplex. quidā spiritual': alius corporal'. Prim⁹ ē locus amenissimus et tēꝑatissim⁹ in oriente posit⁹ in quo sunt delicie plurime: ibi sunt arbores cū floribus folijs et fructib⁹. Alius ē celestis corporal' in quo ponunt̄ beati: et dr̄ celū empyreū: de quo dicit ap̄ls ꝙ fuit rapt⁹ vsq̄ ad tertiū celum. ¶ Paradisus celestis sp̄ūalis nihil ē aliud q̄ clara visio dei et fruitio sequens clarā visionē dei. Et licet de secūdo paradiso possit esse q̄stio nr̄a tñ ꝑncipaliter ē d̄ vltimo. ¶ R̄ndeo ad ꝑdictorum intelligentiā est notanduz ꝙ est paradisus terrestris et ē paradisus celestis scʒ spiritual': q: de celesti corporali locutus est in secundo. Et Adā peccāte vtriusq̄ ianua clausa fuit. Clausio autē ianue paradisi terrestris signum fuit clausionis ianue paradisi scʒ spiritual'.

Est autē paradisus celestis apta visio dei. Clausio autē huius ianue fuit impossibilitas videndi deū facie ad faciē. que impossibilitas consurgebat ex demerito peccati Ade: et ex decreto diuine sentētie quo scʒ de⁹ determinat neminem ad sui aspectū admittere. Unde si beata Maria decessisset ante passionē filij sui descēdisset ad infernum cū patrib⁹ nisi facta sibi eēt emenda et satisfactio ꝓ illo pctō. Et q̄m emenda et satisfactio ē ei per xp̄m hinc ē ꝙ ꝑ meritum xp̄i nobis patuit ingressus in celum. ¶ Nota ꝙ imagines ī q̄dragesima cooperiunt̄ ad designanduz clausionē paradisi celestis: tp̄e aūt passionis eius amouent̄ ad designandū apertionē illius ianue q̄ est facilis ingressus ad videndū deum facie ad faciē.

Circa decimānonam distinctionē queritur. Utrū ꝑ passionē xp̄i fiat remissio peccatoꝝ. ¶ Nota ꝙ est dr̄ia inter remissionē culpe: et infusionem grē. Infusio em̄ grē et remissio culpe nō sunt vna et eadē mutatio sed sunt due mutationes licet nō reales quia impossibile ē vnū et idem plurificari et non multiplicari sed remissio pōt multiplicari remanēte vna et eadē infusiōe. g̃ et c̄. maior patet. minor ꝓbatur: q: cū q̄s pergit ad cōfessionē cū multitudine pctōꝝ tot sunt ibi remissiones quot sunt culpe et obligationes. Cuilibet em̄ culpe correspondet ꝓpria remissio et tñ ē ibi vna remissio dūtaxat infusio grē. Itē impossibile est vnū et idem separi g̃ et c̄. et eē sin eꝑo sed remissio culpe et infusio grē possunt ab inuicē separi. g̃ et c̄. maior patet et fundat̄ imediate in ꝑmo ꝑncipio. mīor pʒ: q: ī angelis btīs fuit infusio gratie cum eēnt in statu innocentie sine remissione culpe. Etiā in btā virgine cui gratia fuit infusa sine remissione culpe: et in anima xp̄i q̄ est eiusdē rōnis cum nostris. Siīr dicendū ē de remissione culpe que

potest inesse alicui sine infusione grē de potentia dei absoluta. Pōt eñ deꝰ potē tentia absoluta remittere culpam ꝛ nō dare grām: vt patet de rege terreno qui pōt alicui q̄ eū offendit remittere offen/ sā nō recipiendo eū in grā: tñ nūq̄ ꝯ fa cto deꝰ remittit pctm̄ mortale alicui q̄n etiā īfūdat grā: ꝛ h̄ ex sua benignitate ineffabili. Remissio āt culpe ē deletio ob ligatiōis ad penā eternā ad quā obligat̄ p pctm̄ mortale anteq̄ peniteat. Ita q̄ termiat̄ ista mutatio p̄uatiua ad nō ob/ ligationē: ita q̄ terminꝰ a q̄ ē obligatio. ꝛ terminꝰ ad quē ē ñ obligatio. Infusio aūt grē ē a nō eē grē ad eē grē: sic remis/ sio ē mutatio p̄uatiua ꝛ īfusio grē ē mu/ tatio positiua ex parte termini ad quē. Unde ablatio mali ꝛ collatio boni di/ stinguūtur. Ista autē ablatio mali siue remissio culpe attribuit̄ approp̄ate passi oni christi. Et collatio gratie attribuit̄ tur magis approp̄iate resurrectiōi christi. Unde ad Roma. iiij. Traditus est p̄pter delicta nr̄a ꝛ resurrexit p̄pter iu/ stificationē nostrā. ¶ Rñdeo ad q̄ōnē q̄ iustificatio: r̄a attribuit̄ tā passioni: q̄ resurrectiōi xp̄i: vt habet̄ ī textu sacre scripture ꝛ glo. ī plibꝰ locis p̄sertim vbi s̄. Utraq̄ sc3 mors ꝛ resurrectio xp̄i de/ licta nr̄a tollunt ꝛ vtraq̄ iustificāt. At/ tamē neutri. i. nec passiōi nec resurrecti/ oni attribui p̄t p̄p̄rie cāsalitas iustifica tiōis siue deletio culpe: q̄ ibi p̄p̄rie nō ī/ uenitur aliqđ genꝰ cause: hñt tñ nihilo/ minus aliquā causalitatē ī hoc q̄ habēt aliquā cause p̄prietatem. Attribuit̄ eñ his iustificatio nr̄a p modū meriti inter uenientis: qđ quidē habet dispositionis grām ꝛ rōnem ꝛ reduci habet ad causā materialē. Per modū exempli p̄uocan/ tis ꝛ excitātis qđ quidē habet reduci ad causā mouētē ꝛ efficientē. p modū exem/ plaris dirigentis vl̄ regulantis. qđ ha/ bet reduci ad cām formalē. Per modū termini quietantis qđ quidē h3 reduci ad causā finalem. Et ita his duobꝰ attri buit̄ iustificatio fm̄ p̄p̄rietatē cuiuslibet generis cause. Attñ rō merendi iustifi/ cationē attribuit̄ soli passioni ꝛ nō resur rectioni. Ratio vero terminādi ꝛ quie/ tandi attribuit̄ resurrectiōi ad quā ter/ minat̄ iustificatio ꝛ nō passioni. Duo ve ro inter media sc3 excitatio ꝛ regulatio attribuūt̄ vtriq̄. Nā passio excitat nos ad dei dilectionē ꝛ vlterius insinuat no bis qualr̄ debeamꝰ mori pctis: ꝛ ita ē ex emplū p̄uocans ꝛ exēplar regulans. Et qđ sit exēplū habet̄ ex p̄ma Pet. ij. Xp̄s passus ē p nob vob relinquēs exēplū vt se. vest. eiꝰ. Q3 sit exēplar habet̄ ad Ro mano. vi. Si cōplantati sumꝰ similitudi/ ni mortis eiꝰ sil̄ ꝛ resurrectōis erimꝰ Si militer ꝛ resurrectio h3 rōnē exēpli p̄uo cantis ꝛ exemplar dirigent̄. Prouocat eñ nos ad iusticiā p quā accipimꝰ illā glīam quā credimus xp̄m habuisse ī sua resurrectiōe vt talia sint corp̄a glīe q̄lia xp̄s in sua resurrectiōe mōstrauit. Diri/ git etiā nos dū ad eiꝰ exēplar conamur ambulare in nouitate vite. Iuxta illud qđ d̄r ad Rom. vi. quō xp̄s resurrexit a mortuis p glīam p̄ris ita ꝛ nos in noui/ tate vite ambulemꝰ. ꝛ sic tā passio q̄ re/ surrectio habet rōnē excitantis ꝛ regu/ lant̄ respectu nr̄e iustificatiōis h3 duo que in nr̄a iustificatione habēt p̄sidera/ ri sc3 ablatio mali ꝛ collatio boni.

Secūda questio. Utrū

p passionē xp̄i facta fuerit cyrographorū deletio. ¶ Pro notitia huiꝰ termini cy/ rographo ē notandū q̄ hic cyragraphꝰ vl̄ hoc cyrographū d̄r a cyros grece qđ ē manus latine. ꝛ graphia scriptura: q̄si sc̄ptura manu facta: ꝛ potest capi dupli citer sc3 p̄p̄rie ꝛ metha phorice. Proprie est littera manu sc̄pta debitoris que cō mittit̄ vl̄ dat̄ creditori: vt si aliq̄s cōmo dat centū florenos alicui ꝛ dat cedulā sc3 debitori: ꝛ d̄r quasi signum manuale Alio modo cyrographus capitur me/ thaphorice seu large vl̄ trāsumptiue: et sic capit̄ hic. Et ē quedā obligatio qua aīa ē obligata ad aliquā penā trāseūtē

culpa actuali interiori z exteriori ad re/
atū remanēs in aīa:rōne cui⁹ diuina iu/
sticia habet nos puniri q̄tū ad, penam
diabolica malicia habet nos accusare z
conscientia nostra habet contra nos re/
murmurare. Nota textū tn̄. Que, autē
sit ista sc̄ptura que dr̄ cyrographum de
creti z cyrographū culpe:diuersimode
p̄t assignari sm̄ diuersas expositiones q̄
innuūt.sup̄ sc̄da ad Col. Culpa! ē act⁹
peccati interioris vl̄ exterioris. Scien/
dū q̄ cyrographū culpe dr̄ eē memoria/
le quo aīa tenet astricta z obligat: alicui
pene:sicut aliq̄s quando obligat se alte
ri facit ei cyrographū:z hoc innuit Au
gustinus in littera cū dicit culpaꝝ cyro/
grapha deleta sunt:quib⁹ peccatores vl̄
debitores ante diabolo tenebant: z dr̄ il
lud cyrographū culpe z cyrographū de
creti:quia talis obligatio ꝯsurgit ex no
stra culpa tanq̄ ex merito z ex diuina sē
tentia tanq̄ ex decreto:z sic cyrogr̄phuꝫ
dicit eē memoriale illud quo quidē pec/
catū manet q̄tum ad reatū. Rōne cu/
ius diuina iusticia habꝫ nos punire dia
bolica malicia nos accusare z detinere:
z conscīa nr̄a remurmurare contra nos.
Et illud cyrographū aduersū nos ha/
bet inscribi ꝓpria voluntate non solū ꝓ
peccatis nostris actualibus sed etiam ꝓ
peccato primi parentis:z ratione huius
diabolus habet in nos aliquā potestatē
vl̄ simpliciter vl̄ ad tempus. Qm̄ ergo
xp̄s p̄ passionē suam nō solum impetra/
uit nobis remissionē culpe q̄tuꝫ ad ma/
culam sed etiam quātū ad reatū. Hinc
est qd̄ dicit apl̄s z Augustin⁹ q̄ xp̄s per
passionē suā deleuit cyrographa culpa/
rum. Sed apl̄s dicit singulariter delēs
cyrographum decreti:quia loquitur de
memoriale transgressionis p̄mi parētis
Augustinus vero dicit pluraliter.quia
loquitur de remissione omniū peccato/
rum quantū ad reatum vt perfectū exp̄
mat passionis effectum. Istud cyrogra/
phum optime recognoscit in peccatore
diabolus z est grosse loquēdo. Una cor
da p̄ quā trahit ip̄m ad infernū: vl̄ quan
do peccator peccat nihil aliud fac̄ q̄ po
nere cordā in collo suo quo suspēdetur
ī inferno vl̄ dat sigillū manuale z signū
suū diabolo q̄ obligat ad penā eternam
Si querit quis habebit illud signū vel
cyrographū. Dicendū q̄ deus z homo
z diabolus hēbat sed different: q2 deus
habebat vt iudex:hō vt reus: diabolus
vt accusator. Et sicut latro fert insigne
cyrographū ꝯ se.i.signū puta ꝯ: sic hō
seip̄m ferebat cyrographū:nec p̄ illō cy
rographū acquirebatur aliqd̄ ius dia/
bolo. Quāuis eīm homo iuste detineret
ip̄e tamē iniuste detinebat. ¶ Notandū
ꝓ primo argumēto in oppositū q̄ dupli/
citer possumus loqui de efficiendo vel
effectu passionis xpi. Aut quātū ad suf/
ficientiā. Aut quantum ad efficaciam.
Si loquamur quātū ad sufficientiā sic
se extendit ad omnes hoīes z ad omnes
culpas. Si vero quantū ad efficaciā:sic
se extendit ad eos solūmodo qui bapti/
zantur in nomine eius q̄ absoluūt a rea
tu originalꝭ peccati z actualꝭ:ita q̄ a dia
bolo non p̄nt ampli⁹ teneri nisi forte se
ei voluntarie subijciāt:z noua ꝯtra eos
scribantur cyrographa.

Tertio querit. Utrum

p̄ passionē xp̄i liberati sum⁹ a p̄tāte dia
boli.q̄ sic videt p̄ h̄ qd̄ habet ad Ephe.
vi. Nō ē nob̄ colluctatio aduersus car/
nē z sanguinē sed aduersus mūdi recto/
res z tenebrarū harum.g̃ demones ad/
huc nos ip̄ugnāt z huic mōdo adhuc p̄n/
cipāt.g̃ a p̄tāte diaboli libati non sum⁹
Itē.ij. Timo.iij.dr̄ q̄ in nouissimis die/
bus instabūt tp̄a p̄iculosa. Et h̄ ip̄m dr̄
ij. Thessa.ij.z in Daniele z in Apocal.
q̄ in tp̄e antexp̄i hēbit diabol⁹ magnaꝫ
potestatem tentandum et vexandum.
ergo non videtur q̄ per passionem ami
serit posse super genus humanum. Itē
potestas diaboli vel est ad nocendum:

vel ad tentãdũ. Sȝ nunq̃ potuit nocere nisi ꝑmissus. nunq̃ in pctm̃ etiã potuit ꝓcipitare nisi ꝓberet ei volũtas ꝛ consensus: ꝛ hoc ipm̃ põt ꝛ modo: si ergo ab initio nihil potuit amplius: videtur ideȝ qd̕ prius. Itẽ potestas diaboli maxime in duobꝫ cõsistit: viȝ in obsessiõe corporũ ꝛ in excecatione mentiũ: sed post passionẽ xp̃i adhuc multi a diabolo fuerunt obsessi: multi etiaȝ fuerũt grauissime excecati. g̃ videt̃ ꝙ ptãs diaboli non sit in aliquo diminuta ꝑ passionẽ xp̃i. Qȝ diabolus multoꝝ corpa obsessit docet experientia ꝙ iteȝ multoꝝ mẽtes excecat, ꝓbatur ꝑ illud qd̕ dꝛ scḋe Coꝝ. iiij. Deus huius seculi excecauit mentes infideliũ

¶ Pro quo notandũ ꝙ diaboli duplex est ptãs. Una detinẽs vl̕ attrahẽs. alia pugnans. Potestas diaboli detinẽs est illa qua attrahebat ꝛ detinebat iustos: quoscunq̃ in limbũ ꝛ nll'ꝰ poterat euadere hãc ptãtẽ. Alia ẽ pugnãs ꝛ ẽ ptãs ꝓcipitãdi in malũ. i. pctm̃ vl̕ ꝑ fallaciaȝ vl̕ ꝑ potentiã. ¶ Rñdeo dicendũ ẽ ꝙ ꝑ passionẽ sumus liberati a ptãte diaboli: oẽs q̃tũ ad sufficientiaȝ. sed illi soli q̃ sunt de eius corpe. i. eccl'ie q̃tũ ad efficaciam. Oẽs em̃ nõ se disponunt ad recipiendũ gratiã xp̃i: vt sũt iudei infideles ꝛ mali xp̃iani. Diabolus aũt añ passiõȝ xp̃i habebat duplicem manũ. viȝ attrahentem ꝛ impellentem. Manus attrahens erat ptãs trahẽdi ad limbũ etiã iustos ꝛ sanctos. Manus ipellens siue pugnans erat ptãs precipitandi in maluȝ vl̕ ꝑ fallaciam vl̕ ꝑ violentiã qȝ temptabat vt draco: tẽptabat vt leo. Et prima manꝰ scȝ attractiua erat tante potentie vt n'lꝰ poterat ei resistere. Et hec fuit ei oĩno amputata ꝑ passionẽ. Manum autẽ impellẽtẽ ꝛ pugnãtẽ habebat ita fortẽ vt cum magna difficultate posset quis ei resistere. Et ideo in mltis regnabat imo fere in omnibꝫ vt pȝ de ipo Iob Omnes em̃ vl̕ supabat ꝑ fraudulentiã vl̕ ꝑ violentiã: ꝛ hec ptãs debilitata ẽ ꝑ passionẽ ꝑ quã lumen veritatis aperitur cõtra diabolicã fraudulentiã. Nam tenebat fere totũ mundũ inuolutũ idolatria: mõ aũt nll'ꝰ ẽ credo q̃ sit idolatra q̃uis sint diuerse secte. Et adiutoriũ virtutis attribuit̃ cõtra diabolicã violẽtiã Apparuit autẽ lumẽ veritatis ꝛ interiꝰ ꝑ diuinã inspirationẽ: ꝛ exteriꝰ ꝑ humanam instructionẽ. Iam em̃ fere omnibꝫ ẽ veritas ꝓpalata: ꝛ iõ est destructa idolatria que plus repugnabat. Adiutoriũ etiã virtutis tribuit̃ ꝑ gratie infusioneȝ que repmit ɔcupiscẽtiã: ꝛ ꝑ angelicã ꝓtectionẽ que cõprimit ptãtes aduersas: ꝛ hoc virtute passionis merito cuiꝰ mittitur nobis spũs sanctꝰ: mittunt̃ etiam ꝛ ipi angelici spũs vt supetur aduersariꝰ vnde diabolus sup oĩa abhorret memoriã passionis ꝛ figurã crucis ꝑ quã sumꝰ a ptãte eius liberati. ¶ Ad argumenta in oppositum ad ꝓmum qñ dꝛ ꝙ adhuc restat nobis aduersus ꝛc̃. Dicendum ꝙ q̃uis nobis incũbat pugna, nõ tñ elõgamur a victoria nisi interueniat nr̃a negligentia: fm̃ qd̕ dꝛ ꝓme Coꝝ. x. Fidel̕ qui nõ ꝑmittit vos tẽptari supra illd̕ ꝙ potestis sed fac̃ cũ tẽtatione ꝓ. Et ideo ex illa auctoritate nõ põt haberi ꝙ nob̕ ꝓsideat ptãs diabolica q̃uis nos exercere nõ desistat. ¶ Ad scḋm argumẽtũ dꝛ ꝙ in nouissimis diebꝫ ꝛc̃. Dicendũ est ꝙ q̃uis ꝑ passionẽ sit potestas diabolica supata tamen in nobis ẽ dare vires hosti ꝛ nos subiugare potestati diaboli. et quia in nouissimis diebus habundabit multoꝝ ꝑuersitas ꝛ refrigescet charitas vires sumat diabolica potestas: ꝛ iusto dei iudicio ꝑmittetur amplius ad malum impellere q̃ permissus fuerat in tẽpore precedenti. ¶ Ad illud qd̕ obijcitur ꝙ nihil poterat nisi per dei permissionem sicut ꝛ nunc. Dicenduȝ ꝙ deꝰ ipm̃ amplius permittebat ex suo iusto iudicio ꝛ consensus noster amplius ei subiacebat ex vitio nostro: et ꝑ hec regnabat ignorantia: regnabat etiã cõcupiscentia.

cõcupiscētia deficiebat: etiā veritas de/ficiebat etiā gratia. Sicut em̄ dr̄ Joh. p̄mo. Lex p moysen data ē gratia ꝛ veritas p iesum christū facta ē. ¶ Ad illud qđ obijcit̄ ꝙ adhuc pōt in vexationē corpoꝝ ꝛ excecationē mentiuꝫ. Dicendū ꝙ h̄ nō potest mō nisi ꝗs ei ex culpa sua vires tribuat. vel nisi sit ex speciali causa vt puta ad humiliationē alicuius sic sūt illi qui sacramenta xp̄i contemnunt. vt puta cōfirmationē eukaristiā: aquā be/nedictā ꝛc̄. Qui vero humilit̄ ꝛ deuote sacris ꝛ sacramētalib⁹ se subijciunt que a passione xp̄i hn̄t virtutē nō formidant diabolicā ptātem. Tanta ē em̄ virt⁹ sacramentoꝝ eccl̄ie vt etiā extendant se vsq̄ ad infideles. Vn̄ nō tot hodie diabolus obsidet ꝗt diabol⁹ ꝯsueuerat obsidere. Scribit em̄ Gregori⁹ in dyalogo de quodā iudeo cū vellet dormire in loco deserto muniuit se signo cruc̄ ꝛ demo/nes superuenie̅tes cū vellēt ip̄m offendere a signo crucis repulsi sūt ꝛ dixerūt ip̄m esse vas vacuum sed signatum.

Quarta questio. vtrū

per passionē christi absoluamur a pena peccati. ¶ Nota ꝙ triplex est pena pro pctīs scꝫ Tp̄alis: media ꝛ eterna. P̄ria est pena satisfactiua pro peccatis actualibus que habet finem: ꝛ nō ē perpetua. Et illa iniungit̄ a sacerdote in sacr̄o pe/nitentie ꝛ ē in purgatorio. Pena eterna ē pena inflicta p peccatis actualib⁹: mortalib⁹ que durat in eternū ꝛ ē pena damnatoꝝ: ꝛ pctō mortali corrndet talis pena. Pena media q̄ ꝑtim ē temporalis ꝛ ꝑtim eterna. ē carentia visionis diuine ꝑpter peccatū originale: ꝛ dicitur tem/poralis: quia soluꝫ durauit vsq̄ ad passionē christi: et dicitur eterna quia nisi deus illis patribus succurrisset p passionem xp̄i fuissent eternaliter in limbo et est eterna ī paruulis qui sine baptismo decedunt. ¶ Nota ꝙ adhuc duplex est pena scꝫ oppressiua: alia est promotiua. Prima ē ignorantia subiectio demonis ꝛ obligatio ad penā eternam: ꝛ ab hac liberati sumus. Secūda sunt miserie q̄s patimur in quib⁹ exercemur p patientiā ꝛ ab hac non liberauit nos: sed ad illas nos animat ꝛ animādo facit: vt pena il/la nō possit opp̄mere nec p̄ualere: ꝛ isto modo posset dici quodāmō liberare ab illo genere pene: scꝫ ꝑmotiue nō vt affligat sed vt nō p̄ualeat. ¶ R n̄sio ad que/stionē dico ꝙ passio xp̄i nos libauit a pena tp̄ali ꝛ ab eterna ꝛ ab ea q̄ ē int̄ vtrāq̄ media. A pena inq̄ꝫ tp̄ali nos liberat ꝛ ꝟtute illi⁹ ꝯdonant̄ nob̄ pctā nō soluꝫ quātū ad culpā ꝛ reatū pene et̄ne sꝫ etiā quātū ad dimissionē pene satisfactorie: sicut hꝫ fieri in sacr̄o baptismat̄. A pēa et̄na nos liberat liberādo a culpa. Duꝫ em̄ p passionē xp̄i gr̄a impetrat̄: p quam culpa dimittit̄ nob̄ pene eterne mort̄ relaxat̄. Liberari etiā a pena q̄ quodāmō ē inter vtrāq̄ penaꝝ istaꝝ media. q̄ q̄dē ē carentia visiōis diue ex demerito pctī Ade: ꝛ illa q̄dē fuit ad tp̄s ꝑpter gratiā reptā in eis q̄ detinebāt̄ in limbo. debe/ret tn̄ h̄re eternitatem hito respectu ad culpā Ade. vn̄ q̄ntūcūq̄ passio dilatata eēt diuina p̄ntia fuisset ei subtracta nisi deus adinuenisset aliquā viā ꝛ ab hac pēa liberati sum⁹ p passionē xp̄i. ꝛ sic pꝫ ꝙ p oēm modū veꝝ ē passionē xp̄i efficacē eē ad liberādū nos a pēa pctī. ¶ Sꝫ ꝯ ar/guit̄ P̄nia oīs: penal̄ ē. nā p̄eitere ē penā tenere. Si ḡ p passionē xp̄i libati sum⁹ a pena: videt̄ ꝙ iā nō sit op⁹ p̄nia: sꝫ h̄ dictū flm. ḡ ꝛ p̄mū. ¶ R n̄. dicēdū ē ꝙ imo nos liberat q̄ntū ē de se: q2 fm ꝙ dr̄ i lr̄a in baptismo oīs pena q̄ p pctō debet̄ penitus relaxat̄. Vn̄ sic habet̄ ī textu. pctā ꝗꝫ nr̄a. i. pena pctōꝝ nr̄oꝝ: dr̄ in corpore suo sup lignū portasse q2 ip̄i⁹ penā quaꝫ in cruce tulit. Omis pena tempalis que p pctō debet̄ in baptismo penit⁹ relaxat̄ vt nulla a baptizato exigat̄. Sꝫ cū homo peccata iterat reddit se indingnum tanto beneficio. Ideo confugienduꝫ est

ad secūdā tabulā naufragij que ē pnīa: que ē min⁹ nobilis ꝙ baptism⁹ q2 nō sic absoluit a pena z a culpa.

Quinta questio Utrū solus filius dei sit redēptor aut etiā pat z spūssanctus. ¶ Rñdeo ad hoc ꝙ fili⁹ dei sit redēptor pōt intelligi duob⁹ mo dis fm ꝙ in se duas habet naturas: vic3 diuinā z humanā. Quodā enī modo h ei cōuenit fm humanā naturā: z quodā modo fm diuinā naturā. Primo modo cōpetit soli filio: sed secundo modo com petit filio vna cum pre z spūsancto. Ui de ꝯsequenter in textu Bonauenture.

Sexto querit. secūdū quā naturā sit xps mediator. ¶ Rñdeo ꝙ cū mediator dicat officiū recōciliatio nis z mediator debeat differri ab illis quos recōciliat z xps fm diuinā naturā sit ille cui fit recōciliatio. Dicendum ꝙ nō pōt eē mediator fm diuinā naturam sed fm humanā naturā in qua pōt recō ciliare fm diuersas ꝓprietates in quib⁹ cōicat cum deo z cū homine. Habebat enī iusticiā z innocentiā in qua cōmuni cat cum deo: z mortalitatē in qua cōmu nicat cū homine: z dū mors cōiungit iu sticie in eodem cōfederat homo pctōr z mortalis: deo iusto z īmortali. Reconci liati enī sum⁹ p mortē hominis innocen tis. Concedende ḡ sunt rōnes ostenden tes ꝙ xps ē mediator fm hūanā naturā.

Circa vicesimā distinctionē querit. Utru3 cōgruū fuerit humanā na turā a deo reparari ¶ Aduer tendum ꝙ duplex est congruitas. Una pure honestatis. Alia ē necessitatis vel imutabilitatis. Prima ē illa q̄ alidd dr ꝯueniēs: decens: rōnale: honestum: licet nō sit necessariū. Et isto mō ꝯueniēs fu it humanā naturā a deo repari: q2 sicut ceciderat p inobediētiā sic reparari per obediētiā cōgruū erat. Alia ē ꝯgruitas necessitatis vel mutabilitatis. Et ē illa qua aliquid dicit ꝯgruū qđ ē quodāmō necessariū z de ista etiā ē questio ista fm illud oportebat pati xpm z ita intrare. Et in vtroqꝫ sensu tractat q̄stio i textu. ¶ Ultra hoc duplex ē necessitas: Que dam absoluta z simplr̄ talia ē necessitas fm quid vl' cōditionata. Necessitas ab soluta ē illa qua alidd ē sic necessariū qđ oppositū ei⁹ nō pōt eē nec fieri: sicut deū esse: deū viuere q2 ē entitas sūme necessa ria. z oēs ꝓpositiōes que sunt in pmo et scđo modo dicendi p se: z oīa pma prin cipia sunt ꝓpositiōes necessarie in mate ria naturali. Alia ē necessitas fm qđ vl' ꝯditionata vl' ꝯsequentie. Et ē illa qua alidd dr necessariū aliq̄ ꝯditione p̄suppo sita: z sic necessariū fuit pati xpm: p̄sup posita sc3 volūtate diuina. Et vocat in textu necessitas īmutabilitatis: z cū ista necessitate imutabilitatis bn̄ stat cōtin gens simplr̄: q2 mere xps ꝯtingent mor tu⁹ ē ꝓpter sc3 diuinā charitate. ¶ Notā dū ꝙ adhuc duplex ē necessitas: sc3 ineui tabilitatis z imutabilitatis. Necessitas imutabilitatis ē illa q̄ alidd sic ē necessa riū ꝙ oppositū ei⁹ nō pōt ei succedere li cet pōt nō eē simplr̄: q2 in dina ordinati one nō est successio. Necc̄itas ineuitabi litatis ē q̄ alidd ē sic necessariū ꝙ opposi tū ei⁹ nō pt succedere vl' fieri ¶ Rñdeo ꝙ absqꝫ dubio ꝯgruū ēt decēs repari ge nus hūanū: cōgruū inqꝫ ē z decēs n̄ solū ex pte dei sed etiā ex pte hois Ex pte dei videtur p q̄tuor suppōnes manifestas q̄ elici pn̄t ex dict3 Ans. in lib. i. Cur de⁹ hō. ¶ Pria ē hec. nullaten⁹ decet sūma3 stabilitatē pmittere suū ꝓpositū īfirma ri. ¶ Scđa ē hec. nullaten⁹ decet sūmā benignitatē. i. mia3 ꝓ pctō vni⁹: totā po steritatē e⁹ sempitnalr̄ dānari ¶ Tertia ē hec: nullaten⁹ decet sūmā sapia3 nobi lissimā creaturā pmittere vniuersalr̄ fi ne suo fraudari. ¶ Quarta ē hec: nulla ten⁹ decet sūmā ꝑtutē pmittere suū suā ab alio in sempiternū iniuste detineri s3 nisi repatio interuenisset multi serui de

z sancti detinerent in limbo. ꝙ ꝯgruū fu
it z decēs ꝑ reparatiōis bn̄ficiū subueniri
generi hūano. Sic pōt argui i alijs sup
positiōib' sicut in ista. Ex pte ꝓ homi/
nis ꝯgruentia ē sitr si ꝯsideret dignitas
hois ꝯditi z mod' labēdi z status lapsi.
Dignitas nāq hois ꝯditi tāta erat vtꝓ
pter ipm facta sunt vniuersa Si ꝙ hō ca
reret suo fine.i. btitudine iam oia essent
suo fine defraudata: oia tn̄ creata sūt ꝓ/
pter bonos z nō malos: qz pctōr nō ē di/
gnus pane quo vescitur fm̄ Augustinū
Modus autē labendi fuit qz hūana na
tura totalr cecidit alio peccante.i. ꝓmo
parente z alio suggerente: z iō decēs fu/
it ipam ꝑ aliū releuari. z sicut filij pecca
uerunt in pente z parēs peccauit diabo/
lo suggerente: sic etiā hō repararet dño
releuante. Stat' etiā hois lapsi repati
oni ꝯgruit qz in illo statu vel pnia fuit
cū mīa facienti ꝙ in se ē de' nūq defic
qz ꝯgruū ē z pnia q̄dā mō placat dinaz
iusticiā: mīa ꝓ ꝓuocat mīaz. z sic pz
ꝙ ꝑ oēz modū ꝯgruū fuit rpari gen' hu
manū. Cōgruū inq ex pte opific z con
gruū ex pte opis. sz ꝯgruitas ex pte opis
pura ꝯgruentia ē ita ꝙ n̄ ponit nc̄citatē
nc̄citatē inq n̄ ieuitabilitat q̄ diuidit i
coactionē z ꝓhibitiōz sz nc̄citatē imuta
bilitatis q̄ ꝯsurgit ex stabilitate z imu/
tabilitate dinc iusticie z dispōnis. Hec
aūt nō artat diuinā potētiā ad oppositū
sed eā determinat ad tale ꝓpositū. Vn̄
Ans. in lib. Cur de' hō. Cū dicim' deū
aliqd facere nc̄citate: intelligendū ē ꝙ h
facit nc̄citate seruādi honestatē q̄ neces
sitas nō ē aliud q incōmutabilitas ho/
nestatis. ¶ Nota in solutione scdi argu
menti. Ad illud qd obijcit ꝙ nō decuit
deū tenere hoiem ne caderet. Dicendū
ꝙ si hō voluisset stare nunq dereliqsset
eū vt caderet: sed stare noluit: non debu
it ipm ꝯseruare inuitū. sed qz hō p' lap/
sum voluit rsurgere: iō decuit deuz sibi
manū porrigere: Ita ꝙ man' ista ad il/
los se extendit qui volunt resurgere nō
ad eos qui nolunt.

Querit secūdo. Utrū
magis ꝯgruat gen' hūanū reparari ꝑ sa/
tisfactionē quā ꝑ aliā viā. ¶ Satisfactio
ē duplx: q̄dā cōitr z gn̄alr capta. alia ē ꝓ
prie z stricte capta. Pria ē redditio volū
taria equalētr alas indebiti. In ista diffi
nitiōe q̄ttuor ꝑ ordinē ponūt pticle Pri
ma pticla ē redditio: Nā satisfactio nō ē
simplr donatio: iō ponit ad drīaz abso/
lute dōatōis. Scda pticla volūtaria vn̄
si aliqs mltū pateret ꝑ pctis z nō accep/
tat volūtarie z patient nō satisfac Et h
scdr ꝙ dānati n̄ satisfaciūt lz sat patiat.
Tertia pticla ē equalētr: qz si min' red/
dat qs deo vl' ꝑ io q abstulit non satis/
fac: iō dic cōmēsuratōz. qz dr facite di/
gnos fruct' pnie Quarta pticla alia in
debiti: qz tenet qs ad aliqd ex pcepto
vl' voto ꝑ illud nō pt satisfacere ꝑ pctis
suis. Et de ista satisfactōe intelligit ista
tota distinctō z ista qōe qz n̄ potat xps
satisfacere ꝑ nob satisfactōe ꝓpe z stricte
capta: z vt ifra patebit Alia ē satisfactio
ꝓpe z stricte capta z ē opatio exterior la
boriosa vl' peāl volūtarie assūpta ꝑ pctō
a se ꝯmisso vl' ad vindicādū pctm̄ a se cō
missū z h ad placādū diuā offensā. Pria
pticla ē opatio exterior z ponit ad drīaz
satisfactōis cōit capte q̄ ē de actualib' tā
interib' q exteriorib'. Est āt opatio ex/
terior illa q̄ elicit a potētijs sensitiuis sic
ieiuniū: dare elyam: orare: z sic de alijs.
Scda pticla laboriosa vl' penal. vn̄ nō
q̄cūq opatio exterior ē satisfactoria sed
tm̄ penal z laboriosa. Tertia pticla est
volūtarie assūpta. qz nūq hō pt satisfa/
cere nisi volūtarie patiat ad vindicādū
qz penitēs dz assumere opatōz ꝑdictam
Quarta pticla ē ad vidicādū. zc. z hic
sequitur ꝙ xps ꝓprie nō satisfecit vel
penituit: quia nullum peccatuz habuit.
Unde dicebat Ambrosi'. Doleo domi
ne nō tua vulnera sed mea: z hoc ad pla
candū. Isto modo ista pticula nō coue/

nit xpo z etiam al ie sed non penultima.
¶ Respōdeo q absq dubio magis con gruū z decēs fuit gen⁹ humanū repara/ ri p satisfactionē q̄ p aliā viā scḋm qḋ di/ cit Anshel. z Aug⁹. Et ratio hui⁹ ē z ex pte dei z ex parte nostra. Ex pte inq̄ dei q: vniuerse vie dn̄i misericordia z vitas id est iusticia cū ipe sit sūme iustus z mi/ sericors. Et ideo in reparatione generis humani que est excellentissima viarum dei. cōgruū est vt simul cōcurrat mia et iusticia. Et ideo decens fuit vt deus ab homine satisfactionē exigeret p iniuria facta. Et si homo nō posset tunc miseri/ cordia diuina subueniret dādo media/ torē qui pro eo satisfaceret: z iste modus magis fuit cōgruus q̄ alius. Nā si deus culpā nō dimisisset sed vindictā exegisset nō manifestaref eius mia. Si vero oino dimisisset nec satisfactionē exegisset non manifestaretur ei⁹ iusticia. Si ergo iste due conditiones sunt in dei opere seruā de pcipue: magis congruebat humanā naturam reparari p satisfactionē q̄ per aliam viam ex parte dei reparantis.
¶ Magis etiā cōgruebat ex pte nostri: p eo q reparatio nostra ad hoc erat: vt nos reduceret a culpa ad iusticiā a mise ria ad gloriam. Sicut ergo cum genus humanū cecidit per culpā deū inhono rauit z per preuaricationē z inordinatā dilectionem: sic cum redit a culpa ad iu sticiam: decens est vt deū honoret susci/ piendo penā: z in hoc magis repatur ad normā iusticie q: cōtraria cōtrarijs curā tur. Rursus sicut gloriosi⁹ ē acquirere vitam eternā per merita q̄ sine meritis Sic gloriosius ē reconciliari deo p sa/ tisfactionē q̄ sine satisfactiōe. ¶ Conclu/ sio responsalis. Modus ergo reparādi per satisfactionē plus cōuenit nostre iu/ stificationi z nostre glorificationi. Pro batur cōclusio. Illa via magis cōuenit reparationi humani generis in q̄ mag' ser uaf honorificentia dīne maiestatis. Sz peccator cū peccat p puaricationē deuz
dehonorat. si g̃ pctm̄ dimitteret sine satis factione pctm̄ relinq̄ref absq honorē ab lati recōpensatiōe. Cuz autē satisfactio reddit honor recōpensat: ergo in mō re/ parandi hominē p satisfactionē magis seruatur honorificentia diuine maiesta/ tis q̄ p aliū modū. ¶ Sed cōtra magis decet deū facere qḋ mag' facit ad osten sionē sue benignitatis z mie: sed dimit/ tere pctā oia absq aliqua satisfactione pene: hoc ē maioris mie q̄ exigere p illis pniam. Si ergo de⁹ ē misericordissim⁹ z benignissim⁹ adeo vt benignior n̄ pos/ sit cogitari. videf g̃ q mod⁹ ille repan/ di q̄ est pter satisfactionē magis cōueni/ at diuine excellentie. Dicēdū q summa benignitas z misericordia in deo nō ex/ cludit iusticiā: q: sicut ē misericordissi/ mus ita etiā iustissim⁹: nec ē mag' mise/ ricors q̄ȝ iustus: z ideo nō sic debuit ma nifestari mia in ope repatōis: q iusticia nō hret locū sed ita debuit manifestari dina mia q simul cū hoc ostenderef dina iusticia. Et hoc idē factū ē, cū de⁹ repa/ uit genus humanū p mortē filij sui: vbi fuit maxima equitas in exigendo tante satisfactiōis. Dicūnf z maxima benigni tas in tradendo vnigenitū filiū suum. Multo eīn maius mag' fuit q de⁹ sub/ iret mortem q̄ȝ peccata nr̄a cōdonaret. multo etiā maius fuit dando nobis fili/ um z pctā cōdonare q̄ȝ si simplr pctā cō donasset. Qui eīn ppio filio suo nō pe/ percit sed etiā pro nobis tradidit illum.
¶ Ad secundū dicendū q sicut deus ex/ igit a nobis mandatorū suorum obser/ uantiam non propter suā indigentiam: sed propter ordinationē nostram q̄ debe mus ei tanq̄ dn̄o obedire: sic z pctōꝝ ex igit emēdā n̄ ppf hoc indigeat sȝ vt nos reducat ad ordinatiōȝ debitā. Itē ille mod⁹ magis cōuenit repatōe hūane qui magis ē ostēsiu⁹ dine potētie p eo q repa tio ē qdā recreatio: sȝ si de⁹ absq oi satis factōe solo vbo repassȝ gen⁹ hūanū: sic fabricauit mūdum maior eēt ibi diuine

virtutis ostēsio q̄ magis ꝯuenit. ¶ Dicē dum ꝙ et si in omni opere dei ostendat diuina potentia: In opere tñ reparationis magis manifestatur diuina benignitas: ꝛ misericordia ꝛ ꝑ ꝯñs ip̄a iusticia eis an nexa. Et ideo cum posset vno verbo ge/ nus humanum reparare: maluit tñ reparare cum difficultate et penalitate: q2 magis oportunum erat ibi ostendere misericor diam q̄ potentiā. Potentia em̄ satis cla ruerat in rerū eductione: sed ad huc late bat misericordia ostendebat deus in ho minis reꝑatiōe. ¶ Minima lesio xp̄i vel minima gutta sanguis xp̄i effusa si pla/ cuisset trinitati acceptasse suffecisset. Sz totam effudit ꝑ nostra salute ꝛc.

Tertio querit. Utrum

aliqua creatura pura potuerit satisface re ꝑ toto genere humano. ¶ Aliqua cre atura dicit pura per carentiā duoꝝ com mixtoꝝ duarum naturarū in ꝑposito vt puta est angelus. ¶ Dicēdum ꝙ de duo bus cōsueuit fieri satisfactio ꝛ requiri vi delicz de iniuria ꝛ de dāno. Si ergo de⁹ requirit satisfactionez ab humano gene re aut requirit pro vtroq3 aut pro altero horum. Si pro vtroq3 planū est ꝙ ipos/ sibile est aliquaz puram creaturam deo satisfacere pro humano genere pro eo ꝙ tam grauis est iniuria que infertur deo ob excellentissimam eius dignitatē: ꝛ tñ quādocunq3 homo trāsgredit precepta dei facit sibi iniuriam: sicut tūc ꝙ nulla pura creatura pōt recōpensare aliquid ei equale. probatio. Satisfactio dz pro/ portionari offense et iniurie. Sed tanta est offensa et iniuria q̄tus est ille cui of/ fendit cum ergo deus sit infinitus offen sa ꝛ iniuria dei est infinita: s3 nulla crea/ tura nec eius operatio est infinita: ergo nulla pura creatura pōt satisfacere ꝑ of fensa ꝛ iniuria deo illata. Sed talis fuit iniuria adez posteritatis sue q2 deum cō tempsit. ꝛ ꝛc. Si vero exigit sibi satisfa/ ctionem de solo damno condonando iniu

riam nec sic pōt pro toto gñe humano sa tisfacere aliqua creatura pura. Aut em̄ illa creatura pura esset homo aut non. Si homo cum nullus homo purus pos sit equiualere toti generi humano: talis homo offerendo seipsum deo nūq̄ recō/ pensat damnū qđ adam intulit corrūpē do totū genus humanū. Si esset nō ho/ mo: nec sic adhuc posset dānum recōpen sare si pura creatura eēt aut si posset: nō tamē satisfaceret: q2 ad illud genus spe/ ctat satisfactio ad qđ spectauit trāsgres sio. At si hoc poss3 nō tñ deceret ꝙ natu ram humanam in statum pristinū reuo/ caret esset em̄ ex hoc subiecta alij genere creature. Et ex hoc habetur ꝙ nō solu3 pura creatura non posset deo satisfacere si alterius generis esset: sed etiam nec si esset adeo assumpta cōueniret vt pro hu mano genere satisfaceret: ꝛ ideo cum pu ra creatura nō posset pro toto genere hu mano satisfacere: nec alteri⁹ generis crea atura deceret assumi: oportuit vt ꝑsona satisfacientis esset deus ꝛ homo Ita est opinio sancte thome ꝛ allex. de hal. S3 scotus est ꝯtra eos in presenti q̄ōne ideo rationes quas facit hic doctor seraphic⁹ pro parte sua soluit doctor subtilis. Et licet opinio isti⁹ seraphici sit forte deuo/ tior: opinio tamen doctoris subtilis est verior s̄m iudiciū magistri nostri videl3 ꝙ pura aliqua creatura potuit satisface re de potētia dei absoluta ꝑ toto genere humano ꝛ q̄tum ad iniuriā ꝛ q̄tum ad damnum vtpura mittendo vnū sanctu3 angelum de celis: vel creando vnū nouū et facere ip̄m viatorem ꝛ dare ei sūmam grām ꝛ fruitionē ꝛ sic ꝑ grām illa3 mere/ re nobis vitam eternā vel creandū vnu3 hominem purum vt prius. vide scotū in quarto distinctione. xiiij. ¶ Nota nulla peccata mortalia in se sunt īfinita. Licet sint ab obiecto infinito. Jō illa ꝑpō cō/ munis q̄ datur a doctoribꝫ. Tāta est of/ fensa ꝛ iniuria q̄tus est ille qui offendit est falsa: ꝛ ibi ansbelmus defecit ꝛ docto

res ipsum sequentes pz qz si hoc esset verum omnia peccã mortalia essent isinita: et sic nullũ maius aliud cũ infinito nihil possit addi:qđ tñ est cõtra sententiã doctoꝝ theologoꝝ ominum:qui dicunt peccata spiritualia esse grauiora quam carnalia:ita si velint intelligere de potẽtia absoluta non sunt tenendi. Decreuit tñ sancta trinitas ꝙ nũꝗ͂ reconciliaref homini nisi per mortem filij sui. ¶ Nota ꝙ omne opus meritorium est tantum bonum ꝗ͂tum adeo acceptũ ideo si placuisset sibi acceptare bona meritoria ade:satisfecisset ꝓ se:qui per centuz annos egit pniam nec tamen sufficiebat. ¶ Propositio verissima plus pensat vitam z animam vnius hominis iusti deus:quamvitam z animam innumerabiliuz peccatorum. ¶ Notandum ꝙ duplex est potentia scilicet absoluta z ordinata. Potentia absoluta est illa qua ipse deus potest facere ꝗcquid nõ implicat contradictionẽ:z sic ꝓcedit opinio scoti. Potentia ordinata est illa que respicit leges z decreta ordiata a deo;z sic ordinauit de redemptione humani generis per filiũ suum:z sic itelligit(vt credo)doctor deuotus Bonauentura z oẽs alij pcedẽtes ipsum:z sic isti doctores sunt concordes Non oportuit ergo necessario deum incarnari z necessario christum mori oportuit de dei potentia absoluta quia aliter potuisset facere:erat tamen necessarium de potentia dei ordinata. ¶ Ad primuz argumentũ qñ dicitur si pura creatura esset aut esset homo:aut nõ homo. Dicẽdum ꝙ vtroꝗ͂ modo si esset purus ergo esset zc. nõ esset verũ qz nõ fuisset in peccato originali cõceptus. ¶ Ad scdm negatur minor a doctore subtili.

fides informis oino expellat p aduentū grē. ¶ Rñsio notandū ꝙ cū dico fidē informē. Dico tria vicꝫ habitū ꝛ ipius ha/bitus vsum: ꝛ defectū annexū. Et ꝙtuꝫ ad hec tria pōt tripl'r intelligi ꝙ: fides informis expellat siue euacuet p grām su/puenientē. Et sm hūc triplicē modū in/telligendi tres fuerūt circa hoc opiones ¶ Pria ē grā supueniēte fides informis expellit nō solū ꝙtū ad informitatem .i. culpā sed etiā ꝙtū ad vsū ꝛ ꝙtū ad ha/bitū. Vide in textu. ¶ Secūdus mod⁹ dicendi qui paꝝ aut nihil valet. Actus fidei vel opatio nō ē aliud ꝙ ꝙ volūtarie assentire pme vitati ppter se ꝛ super oia. ¶ Opinio pbabilior ꝛ tenenda ē ꝙ fides informis p aduentū grē excludit: ꝙtū ad solū defectū saluo habitu ꝛ vsu ꝛ hoc quidē videt satis rōnabile cū grā opponat habitui illi infuso solū ratione informitatis sicut habit⁹ opponit pua/tioni. ¶ Nota mai⁹ lumē absorbet mi/nus lumē. Distinguo vel ꝙtū ad eē pri/mū ꝛ sic nega' illud dictū: qꝛ luna si sit in emisperio nrō ita bñ lucet de die sicut de nocte ꝛ etiā stellas vl' quātū ad apparentiā: ꝛ sic bñ pcedit. ¶ Ad illud qd obiicit ꝙ lumen gratie gratūfacientis debet sufficere ad ardendū. Dicendum ꝙ sufficit gratia gratūfaciens cū psuppositione tñ gratie gratis date. Dona enim grē gratūfaciētis nō excludūt dona gratie gratis date. ymo magis illa i suo aduentu cōplent ꝛ pficiunt ꝛ quodāmodo ab eis vigorant ꝛ pficiunt. iō non sequit ꝙ adueniente grā gratūfaciente super/flua: habit⁹ fidei informis nec remanente habitu informi: ppter h lumen gratie gratumfacientis sit insufficiens. Vnū/qdqꝫ enim donum dei sufficiens est sm illud ad qd habet ordinem.

Octauo querit vtrum

adueniēte gratia fides informis fiat formata. ¶ Duplex ē formatio: qdā intrinseca. Alia extrinseca. Pria dr illa q est p aliquā formā inherentē realr: vel inex/istentē materie vl' subiecto pprio vt aīa nrā ē forma siue informatio corpis nrī. Et sic nō capit in qstione pcedenti Alia extrinseca ꝛ ē illa q fit p aliqd extrinsecū: adueniēs alicui venustans ꝛ decorās eū licet n sit in eo inhesiue: ꝛ sic lux dr informatio colorꝝ. ¶ Rñ. In ista qōe sūt tres opiones vt pꝫ i textu. Tertia ē ꝙ hitus fidei informis format ab ipa grā: ꝛ ista videt eē pbabilior ꝛ facilior ꝙ pdce vicꝫ ꝙ ipa grā gtūfaciēs cpatur ad hit⁹ vir/tutū subtractos: sic cpatur lux ad colo/res. In h tñ ē dria: qꝛ ista corpalis n ita efficacie pōt educere colores de potētia in actū ꝙtū adesse qd hꝫ color in genere coloris sm ꝙ ipa grā extñs in ipa aīa pōt facere germinare habit⁹ vtutū. Ipa eñ adueniēs grā in aīa carentib habitibus vtutū se habet qsi originale principium illoꝝ qntū ad esse pmū. Vnde sicut pluuia infusa terre hñti in se seminariū: fac eā germinare donec veniat ad fructum cōpletū Sic intelligendū ē de gratia respectu habituū vtutū qntū ad iporum eē primū. Nō at pōt facere lux sup infusa exteri⁹ respectu colorꝝ. Sꝫ si cō/paremus colores ad lucē ꝛ hitus vtutū ad grām gtūfacientē qntū adesse vtpo/te quantū adesse colorū in genere lucidi ꝛ habituū in genere gtuiti: tunc ē similitudo expssa: vt sicut multi colores i vna domo tenebrosa existentes efficiunt lu/minosi per vnā luminositatē supuenientem: ꝛ ab illa informantur ꝛ decorantur ꝛ venustantur: sic habitus vtutuꝫ informes extñtes i aīa: venustāt ꝛ decorant ab vna grā supueniēte. ꝛ sm hmōi hūc mo/dū intelligēdi ifusionē grē ꝛ vtutū facile ē intelligere qlit hitus fidei informis format p ipi⁹ gratie aduentū. Dicit eñ

formari sic color tenebrosus formaf ad luminis ingressum: z sicut ex colore z lumine super infuso nō fit vnum per essentiam. Sed vnum per ordinationē quandā sic nec ex gr̄a gratūfaciēte z informi fide intelligif fieri vnū nisi p quādā ordinationē z relationē: q2 fides informis p aduētum gr̄e incipit cōplete ordinari in finē. z in deū credere z eidē complacere. ¶ Nota in solutiōe vltimi argumēti. pt accipi simile de infusione grē z virtutum in pluuia z terra seminata: sicut de informatione virtutū a gratia accipitur in lumie z colore. Si em̄ vna pluuia adueniat in terram in qua sunt plantata diuersa semina que nō germinauerūt: facit illa germinare z fm̄ diuersitatē seminū diuersas plantas producere. Si vero iam alias germinauit: sed pp̄ter defectu3 aq̄ iam arefacte sunt plante: tūc pluuia denuo veniens facit illas plantas virescere. Sic gr̄a aduenieñs in animam in qua sunt semina habituū virtutū: facit ipam germinare Ita q ipsa habita: habentur per ōns z virtutes et continue facit illa crescere quousq3 perducat ad perfectionem. Et si contingat merito peccati: humorem gratie auferri. Habitus illi virtutum efficiuntur quasi aridi: z postmodum si restituatur pluuia z humor gratie: non oportet q anima iterum germinet sed illa que germinauit per humorē gratie aduenientem iter3 reuiuiscat.

Circa distinctionem vicesimamquartam q̄ritur. Utrū fidei subiectu3 sit ita ve3 q ei nō possit sub esse falsum. ¶ Rn̄sio fidei habitui siue formate siue informi non pōt subesse falsum: quia ipsa fides nō pōt falsificari iō necesse ē ponere q ipsi habitui fidei nec falsum subsit nec subesse possit. Quēadmodum em̄ diuina prescientia que ex rebus non pendet: certissime cognoscit: nō solum ea que ventura sunt necessario: s3 etiam cōtingentia. Ita q circa ea nō potest decipi. Sic z fides que cognitiōi diuine prescie initif: a qua etiā illuminaf z dirigaf: certā credulitatē z illuminationem habet de futuris z contingentibus ita q illa q̄tu3 est de se possint nō eueni/re. Fides tñ nec pōt decipi nec potest errare. ¶ Nota Spes est certitudo pueniens ex gr̄a z meritis nullus sperat se habiturum vitam eterna3 nisi cū p̄supposne merito2 z q2 efficacia meriti includit finaliter perseuerātiā. Hinc est q in actu spei implicatur ɔditio pseuerantie finalis. ¶ Bonauentura dicit, Omnis fidelis recte adorās hostiā cōsecratā: adorat sub ea ɔditiōe si perfecta sunt circa ipa3 ea que ad consecratione3 sunt necessaria fm̄ institutionem diuinā: z sic nunq̄ decipitur nec errat.

Secūdo querit. Utrū

fides sit circa cōplexum: an circa incomplexu3. ¶ Rn̄sio Cuiuslib3 scie pōt esse duplex obiectū sc3 complexum z incomplexum. Complexum est illud q cōplectitur plures dictiones ex quibus componif z subordinaf alicui actui intellectus: q̄ dr̄ cōpositio z diuisio vt hō est risibil'. Articuli fidei sunt obiecta cōplexa vt deus ē trinus z vnus q̄ dicunf enūciabilia Incōplexū ē id q nō cōplectif plures dictiones z subordinaf actui simplici intellectus vt deus id est p̄ma veritas est incōplexū obiectū. Nota q obiectu3 cōiter et per accidens et materiale accetum idem sunt. Et sunt oia q̄ creduntf z tenentur reuelata a p̄ma veritate. Obiectum formale aūt ppie z p se acceptū est ipsamet veritas prima in se. Enūciabilia z ppōnes sunt idē. ¶ Sūt tres opiniones in textu. Due prie sunt false tertia ē tenēda: z vera Cognitō sci al'manuductiue rōcinationis est illa q̄ acqrif de deo p argumētatōes necessarias vt deducit scotus in prio scd̄a distinctione. Q ñ dr̄ articulus est pceptio diuine volunta

tis ibi nõ est predicatio essentialis vl' formalis sꝫ causalis qꝛ articulus nõ est pceptio sꝫ est sensus. Articulus est pceptio id est aliqd faciẽs nos habere pceptionẽ diuine voluntatis tendens in ipsa id est faciens tendere in ipsam.

Circa distinctionem vicesimãquintã q̃ritur Utrum sufficienter cõtineantur ibi oĩa illa que oportunũ est id ẽ oꝫ credere ad salutẽ id ẽ Utrũ articuli cõtineantur sufficiẽter in symbolo aploꝝ. ¶ Et dr̃ symbolũ a sin: ꝙ est cõ ꝛ bol⁹ ꝙ est sn̄ia: q̃si multoꝝ sn̄ia. ¶ Rñsio Doctrina fidei hꝫ tria: q̃dam añtia: ꝛ dicũtur pria p̃ricipia: sicut illud oẽ totũ: ꝛc̃ Et si ab equalibꝫ eq̃lia ꝛc̃. q̃ dicũtur digni tates ꝛ ianua Sũt etiã ppria pncipia vt in scia de hoie. Homo est aĩal rationale Cõseq̃ntia sunt ↄclusiones q̃ sequũtur ex p̃rio pncipio p demõstrationẽ vide solutionẽ in textu i fine isti⁹ articli. De sufficiẽtia ↄtrũ ad eos q̃ pcesserũt aduẽtũ xp̄i.

Secũdo querit̃. Utrũ eis suffecerit ad salutẽ credere ea tm̃ que spectãt ad diuinitatẽ. Dicẽdũ ꝙ sic mul tis auctoritatibꝫ pbat nigr̃ in lr̃a. Et p̃ mo Aug. i. de li. ar. ꝛ grã Nemo liberat̃ a dãnatione q̃ p adam facta est: nisi p fidem iesu xp̄i. Ide Aug. in li. de nuptijs ꝛ ↄcupiscẽtia. Eadẽ fides mediatoris q̃ nos saluat: saluos iustos faciebat anti quos pusillos cũ magnis qꝛ sicut credimus xp̄m in carne venisse. Ita illi venturũ. Et sicut nos mortuũ ita illi moriturũ. Et sicut nos resurrexisse ita ꝛ illi resurrecturum. Et nos ꝛ illi ad iudiciũ viuoꝝ ꝛ mortuorum expectamus. Post lapsum ade nullus saluari potuit absq̃ fide mediatoris. Nullus em̃ ab illo pctõ originali poterat liberari nisi p illuꝫ mediatorem crederet vel ipse pro se si esset adultus: vel alius pro ipso si esset paruulus. Et ratio huius est qꝛ cum gratia et veritas per iesum christum facta sit: ꝛ liberatio ab illo pctõ originali sit facta p merita xp̄i: et merita nõ se extẽdant nisi ad illos qui efficiuntur eius membra: ꝛ ei copulantur p fidem sicut impossibile est nũc aliquẽ saluari aliter nisi eidem copuletur per fidem vel p fidei sacramẽtũ: sic impossibile fuit tũc post lapsum aliqueꝫ peruenire ad salutem qui aliquo modo in xp̄m mediatorem non crederet Ideo auteꝫ dico aliquo modo qꝛ fides mediatoris põt haberi dupliciter: implicitẽ ꝛ explicite. Explicite vt si quis crederet filium dei assumpturũ nostram humanitatem: nasciturum de virgine. passurum in cruce: resurrecturum tertia die. Et hoc modo explicite non erat omnibus credere oportunũ id est necessariuꝫ. Sed hijs solũ quibꝫ erat a deo reuelatũ sicut sanctissimis patribus. Implicite vero credere. Est credere redemptorem futuruꝫ taliter ꝛ eo modo qualiter et quo modo illi credebant quibus a domino est reuelatum: ꝛ hoc quideꝫ erat omnibus oportunũ. Et hoc ẽ qd̃ dicit hugo de sancto victore in libro de sacramẽtis. Hec sunt inq̃ quibus ab inicio nihilominus recta fides vnq̃ haberi potuit Credere videlicet vnum deum esse creatorem omniuꝫ et rectorem vniuersorum ipsum quideꝫ non esse mali actorem: eoꝝ tamen qui in malis suis misericordiam quererent ꝛ expectarent futurum redemptorem. Hoc simplicium fidei in initio suffecisse credimus ꝛ tamen fidem natiuitatis eius passionis resurrectionis ꝛ ascensionis sue: et hoc eos verissime habuisse credimus ꝛ dicimus qꝛ credentibus ꝛ scientibus hoc fide ꝛ deuotione adheserunt. Sic ergo cõcedendũ est ꝙ nullus post lapsum saluari potuit absq̃ fide mediatoꝝ qua ꝛ p̄hi caruerũt suis meritis ꝛ virtutibus inherentes ideo tanq̃ superbi ꝛ a xp̄i membris ꝛ meritis sepati et exclusi sunt a gaudijs paradisi. ¶ Nota ex solutione scdi argumenti. Si quis speraret saluari ex meri

tis proprijs sine meritis mediatoris nō
recte speraret sꝫ potius presumeret. De
sufficientia fidei q̃rum ad eos qui aduē
tum xpi sunt subsecuti.

Tertio queritur. Utrū
omnes teneantur credere oēs articulos
explicite post aduentum xpi. ¶ Respon
sio dicendum est ꝙ oēs xpiani post ad
uentum xpi tenentur credere oēs articu/
los. Hoc aūt tripliciter potest esse. Aut
omnes credere implicite. Aut oēs crede
re explicite. Aut quosdā implicite quos/
dam explicite. Credere omnes implici/
te ē fidei diminute. Non em̄ sufficit mo
do alicui qui habet vsum rationis in ge/
nerali credere redemptorem z remunera
torem: a deo em̄ noticia quorūdam arti
culorum manifesta est ꝙ nullus habens
vsum ratiōis ignoret: nisi omnino negli
gat z contēnat dei cultum z salutem suā
Credere autē quosdam implicite quos/
explicite. Hoc est ad fidei salutem neces
sariū potest em̄ fidei simpliciū sufficere.
Ad illos aūt tenētur explicite credēdos
quos manifestat eis nō solū p̄dicatio: sꝫ
etiam eccl'iasticus vsus z cōsuetudo sic ē
de vnitate z trinitate quā possunt nosse
ex ipso actu consignationis cōsignāt em̄
se In noie. pa. z. f. z spirituſſan. ¶ Sco/
tus tn̄ in hoc est cōtra istum doctorē. Et
sicut est de natiuitate passione resurrecti
one z peccatoꝝ remissione: quos cogno/
scere p̄nt ex ipsis solēnitatibꝫ quas eccle/
sia celebrat et actibꝫ sacerdotum. Ideo
ab hoꝝ cognitione vel noticia nullus rō
ne vtens excipitur: nec ignorantia excu/
satur: qꝛ non pōt esse talis ignorātia sine
negligentia z contemptu. Alios etiā ar
ticulos nō ita manifestos tenet vtiqꝫ cre
dere iplicite. Implicite aūt voco crede/
re vt ingenerali credāt vniuersaliter om
ne qđ credit sacrosctā mater ecclia. Ita
ꝙ in p̄ticulari a nullo illoꝝ dissentiant:
nec aliquē articuloꝝ discredant. Crede
re aūt oēs articulos distincte z explicite
est fidei iam ꝑfecte hoc em̄ non est de ge/
nerali fidei necessitate: si necessarium est
alicui illis est necessarium qui in cogniti
one fidei ꝑfecerūt: z illis potissime qui fi
dem alijs explicare z manifestare tenent
vel etiam qui officiū docendi z predican
di assumūt Sicut sunt hn̄tes curā ani/
marum z predicatores verbi dei z docto
res sacre scripture: z alij quoꝝ ꝯuersatio
versatur circa fidei veritatē. Hoc tn̄ nō
credo esse oportunum id est necessarium
omnibus qui saluātur. Multi em̄ sunt
boni simplices qui q̄uis sint pue cogni/
tionis: sunt tn̄ magne deuotiōis: z tales
piuꝫ est credere ad salutē peruenire. Et
propterea cōcedendū est ꝙ lꝫ oportunū
sit omnibus nō soluꝫ credere oēs articu/
los implicite sed etiam quosdam explici
te post aduentum xpi: nō tn̄ est necessari/
um oībus maxie simplicibꝫ credere oēs
explicite. ¶ Nota in solutiōe penultimi
argumēti. Simplex hō vel vetula cū au
dit aliqđ nouū p̄dicari non debet statim
assentire quousqꝫ nouerit illud vniuersa
liter ab eccl'ia teneri. Unde p̄ter remedi
um diuine inspirationis et orōnis ad qđ
sp recurrēdū est. Hn̄t simplices remedi/
um hūane instructiōis ad qđ p̄nt ꝯfuge
re vt errores valeāt declinare. De suffici
ētia fidei q̄rū ad ꝯtinētiā syboli aplici.

Quarto querit. Utrū
sufficiēter cōtineant ibi oīa illa q̄ oportu
num est credere ad salutem. ¶ Ista que/
stio est p̄ia in ista distinctione z solū po
nā vltimā sufficiētiā. ¶ Rn̄sio Notādū
ꝙ cū omēs articuli sint de deo: aut s̄m ꝙ
est in natura ꝑpria: aut s̄m ꝙ est vnitus
nature hūane: necesse est q̄sdā articlos eē
spectantes ad diuinitatem: quosdam ad
humanitatem. Illi aūt q̄ spectant ad di
uinitateꝫ. Aut respiciūt diuinā essentiā
in se. Aut respiciunt diuine essentie per/
sonas et hypostases. Aut respiciūt eius
operationes. Si autem respiciant diui
nam essentiaꝫ in se sic est vnus articulus

sm q vnica z simplex est diuina essentia z hoc insinuatur cum dicitur. Credo in deum. Si aūt respiciāt diuine essentie psonas siue hypostases sm q tres sunt psone: tres sunt articuli quoꝝ vnꝰ ē. Credo in deū prēz oipotētē. Aliꝰ vero notat cū dr. Et in iesum xpm filiū eius vnicuz dominum nostrum. Alius cum dicitur credo in spiritumsanctum. Si autem respiciant diuine essentie opationes. Hoc potest esse tripliciter sm q triplex est eiꝰ operatio. Quarum vna est in collatiōe nature: z hec est creatio. Altera in collatione grē z hec est sanctificatio. Tertia est in collatione glie z hec est gloriosa resuscitatio. Et sm hoc sunt tres articuli Quoꝝ vnus notat cū dicit credo in creatorem celi z terre. Alter cū dicit sanctā ecclīam catholicam sanctoꝝ cōionem remissionē pctōꝝ. Alius cū dicitur: Carnis resurrectionem z vitam eterna amē. Et sic sunt septem articuli circa diuinitatem respicientes ipsam diuinam essentiā in se: z in psonis z in operibus eius: z p3 coꝝ sufficientia: qꝛ nō h3 ipsa pluribꝰ modis considerari. Similiter circa humanitatem nō est repiri nisi septē articulos principales sm septem actus xpi redēptoris: qui ordinantur ad nr̄am redēptionez: quoꝝ primus est incarnari. Et de hoc est vnus articulus. Qui cōceptꝰ est de spū sancto. Scd̄s est nasci. Et de hoc est aliꝰ articulus. Natus est de maria virgine. Tertiꝰ est pro nobis soluere z de hoc est alius articulus. Passus sub pōcio pilato crucifixus mortuꝰ z sepultꝰ Quartus est infernū spoliare: z de hoc est alius articulus. Descēdit ad inferna Quintus est de morte triūphare z de h est aliꝰ articulꝰ. Tertia die resurrexit a mortuis. Sextus est celestia trāscendere. Et de hoc est alius articulus. Ascendit ad celos sedet ad dextraz patris dei omnipotētis. Septimus est ad iudiciū venire. Et de hoc est aliꝰ articulus. Inde vēturus ē iudicare viuos z mortuos.

Et sic patet q sunt septem articuli spectantes ad diuinitatem z septem spectātes ad humanitatem. In quibus vniuersitas fidei continetur.

Circa vicesimaz sextam distinctionem queritur. Utrum spes sit virtus gratuita. ¶ Rn̄sio Spes capitur tribus modis primo dicitur affectio al's siue passio animi Iuxta illud q phi z sancti dicūt quattuor esse animi affectiones videl3 gaudiū z dolorē spem z timorem. ¶ Uis ɔcupiscibilis est de bono z malo pn̄ti. ¶ Uis irascibilis de subiecto bono z malo est de futuro z difficili z ardua. Et spes est circa istaz vim sc3 de futuro bono difficili. Et qttuor pdictas assiones respiciunt iste due vires. Due prie ad pmā: due vltime ad vltimā Secūdo modo capit spes p ipa re expectata z isto mō deus dr spes vel etiaz bona padisi iuxta illud ad timoth.ij. Expectantes btām spem. Et istis duobus modis non capitur hic. Tertio modo capitur pro habitu qui dirigit anime motū et affectum id est operationem anime et isto modo capitur hic z isto tertio modo dicendi: spes non tm̄ est virtus gratuita immo etiaz virtutū gratuitarum fustentamentum z anchora. ¶ Spes sm magistrū. Est certa expectatio future eterne beatitudinis ex meritis z gratia proueniens. Est primo certa expectatio et ibi tangitur actus spei: quia sperare est expectare. z dicitur certa quo ad differētiam expectationum incertarum sicut illi qui seruiunt in curijs magnatorum et regu3. Secūda particula future beatitudinis z ibi tangitur obiectum spei: z ad differentiam bonorum temporalium Tertia particula ex meritis z g. p. Ibi tangitur motiuum. bō eīm mouetur vel debet moueri ex meritis: qꝛ si aliquis nō habet opera bona nec vult emendare vitam: nullam hab3 spem. s3 est psumptio

Et sicut dictū est q̄ est fides duplex scilicet formata et informis. Sic dicendū est de spe. Et potest dici q̄ ista diffinitio non solum conuenit spei formate. Sed etiā informi vt si aliqui habeant nō vsum bonorum operum nec radicem id est charitatē: habent tamen propositum emendandi et habendi charitatem et sic etiam posset dici q̄ tales non presumant. Virtus quidē gratuita est et dicuntur virtutes gratuite que sunt iuncte charitati et cum charitate: qm̄ in hoc q̄ facit animā expectare ea que sunt sup oēm estimationem humanā et ea q̄ promisit largitas diuina facit oīno cōfidere et īniti summe et imense largitati sicut fides facit assentire prime virtuti et charitas facit adherere summe bonitati. Et dū anima ipsi immense largitati innitit̄ pp̄ter se et sup omnia rectificatur et super se eleuatur et deo accepta efficitur: necesse ē ergo q̄ habitus quo mediante fit illud rationē habeat gratuite virtutis. Et q2 cū anima innitit̄ ei q̄ nō potest deficere q̄uis ipsa de se sit deficiēs et vacillās fūdat̄ tñ p spē quasi per firmā petram. Et propterea dixi q̄ spes nō tantūmodo est in genere virtutum gratuitarum sed etiā earū anchora et sustentamentum.

Secūdo querit. Utrū

spes sit genus virtutis vel spēs specialis siue id est an spes sit vna virtus habens genus subalternū sub se habēs plures spēs. ¶ Ubi nota q̄ duo sunt actus p̄ncipales spei. Primus est cōfidere in dño Alius est expectare. ¶ R̄ndeo dicendū est q̄ queadmodū fides l3 sit circa multa credibilia vna tamē virtus est: q2 vna est principaliter ratio mouendi in omnibus credibilibus sic et virtus spei quotcūq3 et quantacūq3 et quecūq3 bona expectet vna virtus est et vnitatem h3 speciei spālissime q2 vna est rō cui innitit̄ in expectando. Sicut eñ fidei virtus assentiendo prime veritati pp̄ter se et sup oia illa credit que sibi summa veritas dictat esse credenda: sic ipsa spes cōfidendo et intendendo īmense et indeficientissime largitati diuine omia illa expectat que sibi deus pm̄ittit esse in futuro retribuenda Et queadmodum fidei virtus oia que cūq3 credit principaliter non solum credit deo: sed etiā de deo et circa deum: sic et ipsa spes oia que expectat nō solū expectat a deo: sed etiā expectat illa obtineri in ipso deo vt habendo deum habeat oē bonū. ¶ Nota q̄ qñ spūales veniunt cōsolationes suscipiēde sunt cū reuerentia et grārum actiōe et humilitate. Seruire tamen deo pp̄ter tales cōsolationes habendas est viciosum sicut seruire deo p̄ncipaliter pp̄ter bona paradisi id est voluptates habēdas ē viciosum &c. ¶ Ad illud q̄ obijcit̄ q̄ diuersoꝝ actuū diuersi sunt habitus dicendū q̄ verū est qñ &c. nota illud argumētū in textu. ¶ Ad illō q̄ obijcitur q̄ oīs virtus tendit et ordinat̄ ad finē suū assequēdum. Dicendum q̄ tendere in finē pōt esse dupliciter. Aut promerendo et habilitādo Aut expectādo. Primus modus tendendi est cōis oībus virtutib3 s3 alius modus pp̄rius est ipsi spei. Nulla eñ virtute expectamus beatitudinē nisi mediāte ipsa spe q̄uis omni virtute ipsam beatitudinē mereamur. Potest quidē alia virtus actū expectandi ipoꝛtare: s3 nulla virtus nisi spes pōt elicere: q2 illius virtut' est ille actus loquendo formaliter.

Tertio queritur. Utrū

Uirtutes cardinales theologice et morales differāt. ¶ Pro tertia questiōe nota q̄ virtutes cardinales id est morales et theologice dr̄nt in quattuor. ¶ Prīo q2 virtutes theologice habēt deū p obiecto Charitas h3 deū inquantū summū bonum fides inq̄tū est sūma veritas: spes inq̄tum est summa largitas. Alie virtutes sunt de obiectis creatis vt obediētia castitas &c. ¶ Scđa dr̄ia virtutes theo/

logice habent superiorem portionez ani me pro obiecto. Virtutes aūt alie subiectantur in aīa ſm portionē inferiorem. ¶ Tertia dr̄ia est ꝙ virtutes theologice nō habent excessum in actibus suis ꝑ nimietatem suoꝝ actuū. Virtutes autem morales bn̄ habent excessum in actibus suis ꝑ intensionem nimiā. Exēplū de primis vt nullꝰ pōt excedere in amādo deū in credendo in deum: et in sperando et in confidendo in deum. Exemplum de secundis: vt patet de liberalitate ꝛ alijs. ¶ Quarta dr̄ia est qꝛ p̄ie nō mediāt inter duo mala. alie autem mediant vt patet de liberalitate ꝛc̄. Cum ergo querit Utrū spes sit virtus cardinalis an theologica. ¶ Respōdeo dicenduz absqꝫ dubio ꝙ spes est in genere virtutis theologice. Et rō sumit ex pte obiecti ꝛ ex parte subiecti vide in textu. ¶ Nota spūale edificium ꝑ virtutē theologicā inchoat vtpote per fidemꝛ virtutem theologicā consummatur vtpote ꝑ charitatē ergo per virtutem theologicam habet erigi quia eiusdem nature debet esse medium cum extremis. Si ergo erigitur per spē restat ꝙ spes est virtus theologica.

Quarto querit. Utrū

virtus spei aliquando sit informis: an sp sit formata id est coniuncta charitate. ¶ Notandum ꝙ virtutes sine charitate sunt sicut preciosissimi cibi positi in vase immūdo ꝛ fetido quia virtutes sine charitate sunt informes nec possunt placere deo quia offeruntur in disco immundo id est a consciencia immūda: licet omnes de se sint bone ꝛ optime. ¶ Respondeo dicenduz ꝙ absqꝫ dubio virtus spei potest esse informis sicut fides. Potest enim aliquis sperare vitam eternam sine gratia gratumfaciēte sicut manifeste apparet. Et iterum Iste actus sperandi ab aliquo habitu procedit qui quidē habitus bonus est ꝛ tenet etiam quodāmodo rationem virtutis pro eo ꝙ potentia quam perficit quodammodo rectificat ꝛ vigorat. Rectificat inqꝫ ordinem dum aliquam ordinationem ꝛ inclinationem tribuit ad gloriam tanqꝫ ad finez vltimum vbi standum ꝛ in quo est quiescendum. Vigorat etiam in hoc ꝙ eleuat potentiam ad eterna bona expectādat quandam stabilitatem ei tribuit ne per desperationem succumbat. Et ideo sicut fides absqꝫ charitate est virtus informis: quia tribuit anime quandam rectitudinem ꝛ vigorem que compleri habet ꝛ perfici per gratie infusionem: sic intelligendū est ꝛ circa ipsam spem. ¶ Sz contra videtur per diffinitionem spei. Spes est certa expectatio ꝛc̄. Sed impossibile est diffinitum separi a diffinitionibus ergo impossibile est spem separi a meritis ꝛ gratia: sed qn̄ cum hijs est: sp est formata ergo impossibile est spem virtutem esse informem. ¶ Dicendū ꝙ quadrupliciter potest aliquis exire in actuz sperandi. Aut enim sperat habendo merita in proposito ꝛ in radice id est charitate ꝛ effectu Sicut homo iustꝰ qui deo diu seruiuit. Aut sperat habendo merita in proposito ꝛ in radice id est charitate sed nō in effectu sic̄ ille qui ante bonū vsum virtutum postqꝫ suscepit gratiam expectat vitam eternam ꝛ beatitudinez Et iste est in nouit conuerso a peccatis. Aut sperat habendo merita in proposito tamen nō in radice nec in effectu. Sicut ille qui peccator est qui ꝓponit multa bona facere ꝛ per illa saluari. Aut sperat nō habēdo merita nec in effectu nec in radice nec in proposi to: sicut ille qui faciendo mala ꝛ in malis proponēs perseuerare: sed solum dei misericordia credit se assecuturum gloriam neglecta diuina iusticia. Primus actus est spei formate iam exercitate. Secundus actus est spei formate et post infuse. Tertius actus est spei informis. Quartus est ipius presumptionis. Cum ergo dicitur ꝙ spes proced t ex gratia ꝛ meritis. Dicendum ꝙ aut diffinitur ibi spes put est virtus formata et sic nulla ē obiectio de spe

informi. Aut si diffinitur ibi spes generaliter scdm q est virtus dicit pcedere ex gratia et meritis que quidem vel habent in re vel habentur in proposito et sic non est in stantia de spe informi. ¶ Duplex est actus spei. scilicet principalis et minus principalis Actus spei principalis est confidere de immensa largitatis diuine. Alius est minus principalis qui est expectare magna promissa dei scilicet seipsum qui est corona vite

Quinto querit. Utrum

spes in actu suo sit certitudinalis An dubia: de vtroque intelligitur quod hec. ¶ Duplex est certitudo scilicet speculationis et adhesionis: ista quod est de certitudine adhesionis: et non speculationis. ¶ Responsio stat in vna conclusione que est talis. Absque dubio virtus spei in suo actu habet certitudinem. Sed contra arguitur sic spes scdm actum suum procedit ex habitu vel consideratione gratie et meritorum: sed nullus certus est vtrum habeat gratiam an non: ergo videtur q spes in suo actu nullam habeat certitudinem. dicendum q quamuis de meritis non habeatur certitudo per scientiam necessariam siue euidentem: haberi tamen potest certitudo per probabilem coniecturam: et per quandam ipsius bone voluntatis confidentiam: que consurgit ex conscientia bona Puritas enim conscientie que introducitur per expulsionem culpe: dat ipsi anime quandam securitatem et certitudinem de merito iam inchoato: et per consequens certitudinem de premio consequendo nullus sperans fallitur pro eo q spes non facit simpliciter expectare sed sub conditione. videlicet si perseuerauerit vsque in finem.

Sexto querit. Utrum

timor et spes sint vnus vel idem habitus vel diuersi vide in textu. Septimo querit de spe per comparationem ad meritivsuz. Utrum scilicet spes ex bonis meritis habeat ortum. ¶ Responsio spes capitur quattuor modis Primo modo pro habitu dirigente et regulante animam nostram circa beatitudinem ex peccatam a nobis. Et in baptismo infunditur hec spes sicut fides et charitas. Spes est habitus hoc modo non tamen habet ortum ex meritis: sed potius merita habet ortum ex ea. Unde Aug. Uirtus est bona qualitas mentis quam in nobis sine nobis operatur ergo si spes est virtus deus omnia in nobis operatur sine nobis. ergo non habet ortum ex meritis nostris. Et argumenta que sunt in opposi tum hoc idem probant preter vltimum. ¶ Alio modo capitur pro actu credendi. Et sic paruuli habent habitum sed non actum ¶ Conclusio. Spes put est actus sperandi oportet q sit ex intuitu meritorum. Ideo dicit baymo est certa etc: nullus enim recte sperat eternam beatitudinem nisi qui deo seruiuit vel proponit deo seruire. ¶ Tertio modo capitur pro statu vie in quo nos sumus. Et vocatur status spei: quia spamus habere vitam eternam per bona merita precedentia et concomitantia. Et hoc modo accipitur. Ad Ro. v. Tribulatio operatur patientiam: patientia probationem: probatio spem glo. id est certitudinem spei ad quam scilicet certitudinem peruenitur per bona merita et maxime per tolerantiam et sustinentiam tribulationum. ¶ Quarto modo capitur spes pro ipsa re sperata que est ipse deus: ergo spes hoc modo capta non puenit ex meritis sed est finis omnium meritorum et premium. ¶ Quinto modo capitur spes put est vna de passionibus animi nostri: scdm q doctores assignant quattuor vt supra patuit. ¶ Nota autem q merita contingit dupliciter intueri: vel attribuendo sibi, vel attribuendo diuine gratie. Intueri autem merita attribuendo sibi hoc est superbie et vanitatis. Et sic intuentur superbi qui dicunt manus nostra excelsa: et non dominus fecit hec omnia. Contra quos dicitur Deutero. ix. Non dicas in corde tuo: propter iustitiam meam introduxit me dominus vt terram hanc possiderem: intueri autem merita referendo ad diuinam gratiam hoc est humilitatis et veritatis. Et hoc modo intuebatur paulus merita sua. prime corinthiorum. xv. habundantius omnibus laboraui: non autem ego sed gratia dei mecum

¶ Contra resolutionem questionis Arguitur sic Quanto quis pfectior est tanto est humilior: quanto humilior tanto minus presumit siue cōfidit de meritis proprijs: ergo si spes pfecta iūcta est cū humilitate perfecta videtur q nec spes nec ei⁹ vsus oriat ex ituitu meritoꝝ. ¶ Solutio argumētivtrō. s. ituitu meritoꝝ pfigit.

Septio queritur de spe

per cōpationem ad habituꝫ charitatis. ¶ Utrum spes precedat charitatem ordine nature an ecōuerso. ¶ Non est questio de habentibꝫ sed de actibus qꝛ simul infunduntur. ¶ Responsio plana est in textu. ¶ Notandum. Spes cōpata ad actuꝫ suū ꝛ charitas cōpata ad actū suū actus spei pcedit actuꝫ charitatis. Act⁹ eīm spei preparat ꝛ disponit ad actū charitatis tāq ad pfectiōem ꝛ spūalis edificij cōplementum: cōstructio eīm edificij spiritualis: sitis est edificio materiali. Sꝫ in edificio materiali nō solum fundamētum precedit edificij cōplemētū sed etiā paries fm rectū ordinē antecedit ipsum tectū. Si ergo fides assimilatur ipsi fundamēto sustētanti: ꝛ spes pieti erigēti ꝛ charitas tecto cōsumāti. Uidet q spes precedit ipsam charitatem.

Octauo querit de ipsa

spe per compationē ad obiectū. ¶ Utrū scꝫ spes sit i bonū sub rōne boni. ¶ Rñsio sunt due opiniōes in textu. ¶ Scda est istius doctoris scꝫ q obiectuꝫ spei est bonum nō sub ratione boni futuri vt pma opinio dicit. Sed magis sub ratiōe ardui siue magni ¶ Nota hāc ppositionem nullus recte cōfidens cōfidit ꝛ innititur nisi in eo qui nec possit nec velit sibi deficere. Doctor subtilis est alterius opinionis ꝛ iprobat ambas opiniones.

Nono queritur de spe

per compationem ad obiectū. ¶ Utruꝫ scꝫ spes sit in pte cognitiua vel affectiua ¶ Rñsio dicēdū q absq dubio spes est in potētia affectiua (ꝛ in hoc cōcordant omnes doctores) est ei in ipā irascibili q̄ est pars potētie actiue. Et in hoc discordat scotus ꝛ iste. ¶ Nota q potentie irascibilis nō tm̄ est detestari mala culpe et perpeti mala pene. Sed etiam aggredi terribilia ꝛ erigi ad magna ꝛ ardua. Et sic sunt quattuor actus ipsius vis irascibilis. Et sunt quattuor virtutes ipsum rectificantes scꝫ ira virtuosa que est detestari peccata patientia fortitudo ꝛ spes ¶ Nota impossibile est peccatori existēti i mortali pctō saluari nisi per timorē seruilem ꝛ per spem informē. Ideo nō solum timor est vtilis et bonus vt dicit augustinus sed necessarius.

Circa vicesimaꝫ

septimam distinctionē queritur. Utrū charitas sit habitus ab alijs virtutibus distinctus. Aut omnibus virtutibus cōis ꝛ generalis. ¶ Charitas est duplex quedam creata alia increata. Prima est duplex primo modo essentia diuina vocat charitas fm illud deus charitas est. Et sic nō est attributum. Alio modo capit charitas prout est attributuꝫ. Et sic est amor quo deus amat seipsum propter se ipsum: ꝛ oia ppter seipm: ꝛ est actus diuine volūtatis. Alio modo capit charitas increata appropriate. Et sic capitur tribus modis fm q attribuitur tribus personis. Prio modo pri fm illud ppter nimiam charitatem qua dilexit nos pr ꝛc. Secūdo modo attribuitur filio qꝛ ex nimia charitate qua dilexit nos sibi placuit incarnari ꝛ crucifigi. Tertio mō charitas attribuit spūiscto sicut potentia patri ꝛ sapientia filio. ¶ Alia est creata ꝛ ē duplex quedā est infusa ꝛ quedā acqsita Infusa diffinitur primo sic. Charitas ē fusa est donum dei excellentissimū in mēte infusum a deo ipsi nature intellectuali pficiens eius voluntatē reddens ipam

sm portionē superiorem quo ad deū to taliter extaticā et faciēs quo ad portioꝫ inferiorē ꝓximi dilectiuā. Primo est do num dei et nō creaturaꝝ et ponit loco ge neris. Excellentissimū ad driam alioꝝ donoꝝ que apl's enumerat. pme Coꝛ. xiij. Dr et excellentissimū: qꝛ ducit nos imediate ad finē vltimū. in mediate. etc. tñ nrm ē nos ꝑparare: deo ꝯuenit infun dere. Ipi nature ponit tanꝗ subiectuꝫ ꝓpriū: ꝑficiens: istud ē subiectū ꝓpin quū precedēs subiectū remotum scꝫ red dēs ipm extaticā. i. in extasi Extaticus. ca. cum. Hoc pꝫ de fratre Egidio et de maria Magdalena. Et ibi tangit obie ctum charitatis quo ad primū actū Et faciens: hic tangit secund⁹ actus. ¶ Se cunda diffinitio. Charitas dr a caris ꝙ ē grā: qꝛ idē est gratia et charitas sm do ctorē subtilē. Differūt tñ qꝛtū ad conno tatū: qꝛ grā est respectu superioꝝ ad in feriores. Charitas dr respectu inferioꝝ siue charitas ad supiores dicunt tamen idē habitū. Et d ista ē qstio pñs. ¶ Gra tia autē pōt sic describi. Est qdā habi tus supnaturalis immediate infusus a deo ipi nature intellectuali: p quā ipa ē deo grata et accepta ad vitam eternam. tanꝗ digna tali pmio (tamē ex benepla cito diuino tm) p quā etiā ipa ē sponsa et amica et filia dei: p quā omnis actus ei⁹ factus sm inclinationē talis habitus ē meritorius vite eterne. Et dicitur chari tas quasi cara vnitas. Omnis charitas est sanctitas et vnitas: sed nō econtra: qꝛ vnitas dicit tm amoris vnionē scꝫ ipoꝝ amātiū (intercisiuū liurce) siue ille amor sit bonus siue malus Sanctitas autēꝫ vltra addit puritatē mundicie sic Va lerianus amabat Ceciliā. Ubi est ergo sanctitas ibi ē vnitas et nō ecōtra. Cha ritas autē dicit vnitatē sanctitatē et ad herentiam super omnia.

Secūda questio. Utrū habitus charitatis sit vnus indiuisus.

An per spēs multiplicatus. ¶ Duplex est indiuisio. Prima ē spēs et est illa qua aliqd repugnat diuidi in plures species Secunda ē indiuisio diuidualis qstio ē de indiuisiōe specifica. ¶ Charitas sm Augustinū Est virt⁹ (et ponit tanꝗ ge nus) qua deū videre eoꝗ ꝓfrui desidera mus. Itē in libro de moribꝫ eccl'ie sic dif finit. Charitas ē animi affectio iustissi ma cōiungens nos cū deo. Item in lib. de spiritu et anima. Charitas ē iusta vi ta copulans amantē cum amato. Cha ritas sm magistꝝ sniaꝝ est dilectio qua diligit deus ꝓpt se et ꝓximꝰ ꝓp ter deū. ¶ Respōsio ad qōnem Dicendū ꝙ habitus charitatis est vnus et indiuisus sm spēm licet sm nume ꝓlurificet in di uersis eīn animabꝫ plēs sunt charitates cū habitus et accidētia numerent penes subiectū: in omnibꝫ autē in quib⁹ ē vna charitas specie etc. Diligere idem est ꝙ velle bonum.

Tertio querit. Utrum habitus charitatis sit gratuitus. i. ipsa grā. An aliqd addit vltra grām sic ha bitus aliaꝝ virtutū. Hoc ē querere vtꝝ charitas sit idem cū grā. i. vtrum grā sit idē ꝙ charitas. ¶ Charitas sm ap'in. pme ad Timo. i. Est finis pcepti de pu ro corde et cōscia bona et fide non ficta. Dicit finis pcepti primo: qꝛ sm Augu stinū qcqd parꝫ: quicquid latet in diuis scripturis totum implet qui tenet chari tatē in moribus. ¶ Rñsio. Est duplex opinio in textu. Prima est Scoti q tenē da ē et est talis. Charitas ē oino idē cum grā per essentiā sola relatione differens. Dicit eīn grā inqꝫtum respicit totā ani mā reddens ipam scꝫ gratā deo. Chari tas autē inquātū regit et dirigit volūta tem: et hoc videt sigre ipm charitatis no men: et apl's videt innuere et rō approba re. Nomē ipm significare videt qꝛ chari tas dicit a carꝭ grece qđ idē ē qđ grā. etc. ¶ Alia opinio est scti Bonauenture et

sancti Thome sed hoc nunc relinquuntur.

Queritur quarto. Utrum possibile sit motum charitatis esse mercenarium. ¶ Motus et actus idem sunt. Actus cuiuslibet virtutis potest dici motus: et actus charitatis precipuus est diligere deum super omnia. Et questio presens est de isto actu. Capitur tamen hic motus similitudinarie et improprie et proprie ut capit phus. Actus enim quarumcunque potentiarum potest dici motus. Mercenarius derivatur a nomine merces dis. Aliqui duplicant: aliqui nolunt duplicari: non tamen est magna vis. Et sic describitur Est ille qui principaliter habet oculum ad mercedem. i. respicit mercedem principaliter: quia si respicit minus principaliter mercedem: non propter hoc mercenarius esse. Secundum hoc intelligendum est quod duplex est merces: videlicet creata et increata: temporalis et eterna. Et secundum hoc duplex est mercenarius. videlicet bonus et malus. Et duplex est mercimonia. Una laudabilis: alia vituperabilis. Nam qui principaliter respicit ad mercedem creatam et temporalem malus mercenarius est. Et hunc vituperat dominus Jo. x. Mercenarius autem fugit eo quod mercenarius est. Ille vero qui respicit principaliter ad mercedem eternam. De qua Gen. xv. Merces tua magna nimis bonus mercenarius est. Et hoc mercenarius panibus. i. meritis bonis habundat scilicet fidei: spei: et charitatis: sicut dicit Ambrosius super illud Luce. xv. Quanti mercenarii etc. Et sunt mercenarii boni et multi qui spe eternorum deo serviunt. De prima mercimonia intelligendo non est dubium quod motus charitatis non potest esse mercenarius: quia illa nec est a charitate nec cum charitate cum charitati repugnet. De secunda mercimonia dubium est pro eo quod illa potest esse cum charitate non tamen est omnino certum utrum sit a charitate. Nam quidam dicere voluerunt quod non est a charitate sed potius ab effectu nature charitate concomitante. Amor enim charitatis ut dicunt cum sit amor gratuitus non intuetur premium: imo libenter facit omnia homines servire deo sicut filius patri suo. Scotus est huius opinionis. Aliis autem videtur quod talis affectus mercenarius possit esse a charitate. Desiderium enim habendi eternam mercedem et fruendi eterno bono est desiderium gratie: nec est amoris naturalis nec acquisiti sed potius amoris gratuiti: precipue illud desiderium quo dicebat apostolus. Cupio dissolui et esse cum Christo Ad affectum enim charitatis non tantum spectat amare deum amore amicicie: imo etiam amore concupiscentie. Scotus dicit contrarium scilicet quod amor concupiscentie non est actus charitatis sed actus spei. et sic rndet Scotus ad prima argumenta que procedunt de actu spei et non charitatis. Textus sequitur. Frui enim est amore inherere et constat quod frui deo est per charitatem: et ideo voluerunt isti dicere et satis probabiliter ut videtur quod motus charitatis secundum aliquod genus mercimonie possit esse mercenarius scilicet secundum quod constituit mercedem suam circa bonum increatum ad quod tendit: sicut ad finale premium et desiderat tanquam omne bonum. Rationes tamen in oppositum sunt pro ista opinione. sicut tenet pro prima. Bernardus de diligendo deo. Et si sine premio non possit serviri tamen sine intuitu premii serviri debet. Et paulopost Serviamus deo in charitate que timorem expellit laborem non sentit: premium non requirit: meritum non intuetur. Tamen rndet ad istam auctoritatem et dicit quod duplex est motus in charitate: videlicet motus amicicie: et motus concupiscentie. Motus amicicie est ille quo quis desiderat deo placere et servire. Motus concupiscentie est quo desiderat deum habere et videre. Cum ergo dicit Bernardus quod deo sine intuitu premii est serviendum: intelligit de amore amicicie sed per hoc non excluditur quin charitas amore concupiscentie et propter et desideret illam summam mercedem apprehendere ad quam finaliter intendit pervenire.

Quinto queritur Utrum idem motus dilectionis possit esse in deum et in proximum. id est utrum eodem actu amoris. Exemplum potest habere de prima diffinitione que habetur in textu. ut

si diligā petrum z iohannē tanq̄ diuersa obiecta z diuersos terminos. Et sic f̄m diuersitatem obiectoꝝ variantur act⁹. Uel si aliqua mulier haberet filium dilectissimū z haberet doctorez vel magistrum: illa mulier diligit filiuz precipue z magistrū propter filium. ¶ Nota i solutione tertij argumēti. Unde totaliter refert honor in illum qui per imaginem figurat nō em̄ adoratur signū f̄m q̄ res sed solum ip̄m signatū.

Sexto querit. vtrum

actus dilectionis in deū .i. ip̄ius charitatis habeat modū ¶ R̄nsio ad questionē stat in quattuor ꝓpositionib⁹ ¶ Prima propositio. Aliquis actus v̄rtutis pōt dici tripl'r habere modū. Primo modo ꝑ limitationē quantū ad seip̄m. Secundo modo ꝑ aggregationē circūstantiaꝝ. Tertio modo per medietatē inter superfluum z diminutū. ¶ Secunda propositio. Omnis actus v̄rtutis cuiuscunq̄ sit habet modū ꝑ limitatiōe ad seipsuz pz: quia omnis actus v̄rtutis est finitus z limitatus: z quia charitas est v̄rt⁹ creata: ideo habet modū ꝑ limitationē ad se ip̄az. ¶ Tertia ꝓpositio. Omnis actus virtutis moralis z meritorie hz modum ꝑ aggregationē circūstantiaꝝ debitarū quia nullus actus fit laudabil' nisi cū concurrant debite circūstantie. ¶ Correlariū. Char. tas cum sit virtus meritoria habet modū per aggregationē omnium circūstantiaꝝ debitarū: z modus qui est circa actuz charitatis: vt si quis diligat deū super omnia z propter se ex toto corde: ex tota aīa z c̄. z ex tota mente. Sed modū illū qui est ex medietate inter superfluum z diminutū nō habet: q2 obiectuz eius ē imensum z infinitum. ¶ Quarta propositio est. Licet omnes v̄rtutes politice .i. morales habeāt modū ꝑ medietatem inter superfluum z diminutū: charitas t\=n nō habet: q2 obiectum ei⁹ est immensum z infinitū: nec etiā aliqua v̄rtus theologica ratione predicta. ¶ Nota q̄ qui vult esse perfect⁹ dei amator pri⁹ debet se exercere in amore ꝓximi: sicut qui vult esse cōtemplatiu⁹ bonus prius debet esse bon⁹ actiu⁹ sicut docet Greg⁹. Hec Bonauentura distinctione .xxvij. q̄stione quarta .articuli secundi

Septimo querit vtrū

teneamur ad illū modū implendū quez dn̄s in p̄cepto īplicat. Matth. xxij. Diliges dn̄m deū tuū z c̄. ¶ R̄nsio. Duo sunt in illa auctoritate: scz p̄ceptum diligēdi deū. qn̄ dic̄ diliges: z mod⁹ qn̄ dic̄ ex toto corde z c̄. ¶ Notādū q̄ cū aliqn̄ dicāt sacri doctores modū p̄dictū posse impleri: aliqn̄ dicāt nō posse impleri. ex h̄ āmonemur (si vtrunq̄ videre possumus) q̄ vno mō ad p̄dictū modū obligamur ad implendū: alio mō excitamur ad ipsum desiderandū. Unde mod⁹ p̄dictus vno mō ē dispositio meriti. Alio mō ē dispositio p̄mij. Hoc aūt ē f̄m duplicē moduz totalitatis cordis: anime: z mentis. Dupliciter em̄ pōt intelligi q̄ amor dei possideat totū cor. Aut ita q̄ excludat oēm affectū extraneū: z tunc dn̄at plene z perfecte cordi. Hoc aūt est qn̄ oēs mot⁹ cordis per amorē referunt in deū: z hec totalitas ponit dominiū plenū. Alio modo dicitur amor dei totū cor possidere: quando excludit omnē affectū ꝯtrariū. Hoc est q̄ nihil diligatur supra deū vel equaliter ipi deo. Et sic diligit deum ex toto corde qui diligit propter se z super omnia. Totalitas que excludit omnem affectum extraneum non potest haberi ante adeptiōz gl'ie: nisi ad ip̄m deū aspiciamus z in ip̄m feramur cōtinue ¶ Secunda vero totalitas potest haberi per infusionē gratie que est expulsiua omis mortalis culpe. Primus modus nō obligat ad sui impletionē sed exprimitur i p̄cepto vt sciam⁹ quō ꝑ amorem debeamus tendere et vt nemo se perfectuz arbitretur quousq̄ illā ꝑfectiōz fuerit as/

sectutus: tenemur autē admodū iplēdū. ¶ Si quis opponat: modū illū simplici ter posse impleri in via quantū ad aliq̄d tēpus in quo potest bon⁹ totalit ferri in deū: ita vt nec sint in eo motus charita/ ti oppositi nec etiā extranei. ¶ Respon/ deri potest ꝙ licet h̄ possit eē aliquādo fit in aliquib⁹ psonis excellentib⁹: nō tñ cōiter reperiri i hominib⁹ iustis. Preter/ ea licet sit ibi totalitas motuū vt nunc: nō tñ simplr. Et iō defectus est a pfecta totalitate: que ē totalitas motuū z tpm. z hec ē que simplr excludit motū extra/ neum Et ita q̄uis aliquo mō ipleri pos sit modus ille: nō tamē oio sicut insinua tur in illo p̄cepto. Et hoc innuit Aug⁹. cum dicit. Cū aliqd adhuc ē carnal' cō/ cupiscentie non oīmode et tota aīa dili gitur de⁹. Sz necesse est in hac vita esse aliqd carnalis ɔcupiscētie: ḡ impossibi/ le ē p̄ceptū illud impleri in hac vita.

Circa vicesimaz octauā distinctionē querit Utrū ex charitate diligen/ de sint creature irrōnales.

¶ Rñsio stat in duab⁹ distinctionib⁹ et aliquib⁹ dictis. ¶ Prima distinctio. Ali quis actus dr esse ex aliqua v̄tute duo/ bus modis. Uno modo sicut a mouente z īpante vel potest esse tanꝗ ab eliciēte z informante. ¶ Primū dictū. Oia opa meritoria nostra sunt a charitate tanꝗ a virtute mouente z impante: qz ex cha/ ritate possum ire ad sanctū Jacobum: z ex charitate leuare festucā de terra z mū dare ecclesiā. ¶ Scdm dictū solū v̄tus illa dr esse ex charitate elicitiue quā re/ spicit charitas formalr z directe: sic dili gere deū z primū quē non h3 aīa elicere mediante alio habitu q̄ʒ habitu charita tis. Unde beat⁹ Aug⁹. viij de trinitate Qui diligit hoīes: vl qz iusti sūt: vel qz vt iusti sint amare debet. ¶ Scdm h̄ in telligēdū ē ꝙ aliqd diligi ex charitate pt dupl'r. Uno mō ex charitate īpante: et sic ɔcedi pt ꝙ irrōnales creature sūt dil gēde ex charitate. Sic eī charitas ipat z mouet ad faciēdū z dicēdū z cognoscē dū oīa que spectāt ad salutē nrām z lau dem diuinā: sic etiā impat ad amanduz Uñ qz multe irrōnales creature date sūt nob in adiutoriū ad exercēdū opa meri/ toria: ordinate etiā sūt ad laudādū deū Hinc ē ꝙ charitas q̄ ē amatrix dei z pri mi ipat tales creaturas diligi. Alio mō dr aliqd diligi ex charitate eliciēte z in/ formāte: z sic diligit ex charitate illō in qd ē formal' z ppri⁹ actus ipi⁹ charitatꝫ tale aūt nō ē nisi illō qd ē sūmū bonum vl cui sūmū bonū natū ē aliq̄' mō vniri p cognitioz z amorē. Jō cū creature irra/ tionales nō sint h̄ mō capaces dei: qz nō sunt ad dei imaginē: p charitatē nō pōt eis exoptari sūmū bonū: z iō charitas ñ descēdit ad illa diligenda sm actū suum ppriū z formalē: z p h̄ talia nō diligunt ex charitate eliciente. ¶ Et si tu q̄ras q̄ virtus elicit illū actū dilectiōis q̄ qs dili git creaturas inq̄tū sunt a deo z ad deū Dicendū ꝙ hec est cuiusdam pietatis z affectionis naturalis. Sic eñ hō diligit canē quadā pietate naturali: qz vidz eū sibi obedientē: sic z ceteras alias bestias z irrōnales creaturas naturalr ex q̄daz pietate inata diligit z fouet Sic erat fo uere z diligere q̄tū erat ex pma ɔditiōe Uñ sm qd hō plus reformat z reducit ad statū innocentie sm h̄ mag' sibi man suescunt hmōi creature: z ipe circa eas maiori pietate mouet. Sic de btō Frā/ cisco legit ꝙ erga hmōi creaturas mira pietatis teneritudine afficiebat: quia iā quodāmō innocētiā recupauerat in cu/ ius rei signū creature irrōnales eidē ob/ tēperabant. ¶ Et sm h̄ ïnc distinctionē p3 rñsio ad questionē: qz vno mō creatu re predicte ex charitate sunt diligende: vic3 ex charitate imperante Alio modo v̄o ex charitate vic3 eliciēte. ¶ Est etiaz alius mod⁹ respondendi ad q̄stionē etiā satis bonus. Predictus tñ est pulchrioz

⁊ melior. ¶ Nota q̧ deū creaturas irra/tionales diligere ē eas fuarē iesse nature: pl⁹ cōnotatur cū dr̄ aliq̄d esse ex charitate Sed aliquid diligere ex charitate ē sū/mū bonū ei exoptare: ⁊ ideo plus connotatur cū dr̄ esse ex charitate: h̄ est sūmū bonū diligendū. Et aliq̄d esse deo dile/ctum. Et iō nō sequitur q̧ si deus eas dili/gat q̧ ex charitate amande sint.

Queritur secūdo. Utrū

ex charitate diligēdi sint demōes. ¶ Responsio. Dicēdū q̧ sicut irrōnalia ex ca/ritate nō sint diligenda elicitiue: q̄r non sunt ordinata ad illi⁹ sūmi boni affecu/tionē qd̄ suis dilectis charitas exoptat: sic demones q̄r sunt obstinati in malicia etiā sunt impossibiles effecti ad ꝑueniē/duz ad btitudinē eternā: diligēdi nō sūt ex charitate elicitiue. Charitas at nul/los facit diligere elicitiue nisi eos quos optat ad sūmā btitudinē ꝑuenire. Nul/los autē optat ꝑuenire ad illā btitudi/nē sempiternā (cū moueatur discrete ⁊ ra/tionabiliter) nisi eos q̄ sunt humiles ad ꝑ/ueniendū ⁊ scd̄m ordinem nature: ⁊ sm̄ ordinē diuine iusticie. Qm̄ ergo demones ⁊ si sint apti nati ꝑ naturā felicitari ⁊ in deo beatificari. q̄r tñ diuina iusticia re/pugnat ꝑ quā sunt dānati ad ꝑpetuam miseriā. Hinc ē q̧ charitas sūmū bonū eisdē nō optat. Jō ꝯcedendū ē q̧ demo/nes nō sunt ex charitate diligendi. Eo/dē etiā modo dicendū ē de damnatis sm̄ qd̄ ex charitate diligere accipitur pro/prie Si vero ex charitate diligere accipi/atur large. put actus diligendi ē ex cha/ritate impante: sic demones q̄dāmō sūt diligendi ⁊ quodā modo odiendi. Rōe culpe sunt odiendi: in q̄ sunt deo dissimi/les diligendi rōne nature Uerūm quia habens charitatem multū detestatur eoꝝ culpam: ⁊ culpa eorum totaliter ⁊ inse/pabiliter possidet eorum naturā. Hinc est q̧ charitas naturalis magis mouet affectum naturalem ad diligendū crea/turas irrationales q̄ȝ ad diligendū de/mones. ¶ Ratio quare charitas excel/lentior sit alijs virtutibus est: quia maxi/me nos efficit deiformes. id est deo simi/les: tum ratione liberalis exhibitiōis: tū ratione cōformis vniōis: tum rōne fina/lis quietationis. ¶ Rōne liberalis exhi/bitionis: q̄r sicut deus ex amore tribuit omnia dona: sic charitas liberalit exeq̄/tur omnia obsequia ⁊ mandata. Rōne cōformis vnionis: qm̄ sicut pater ⁊ fili⁹ nectuntur nexu amoris ⁊ vniuntur: sic homo ꝑ charitatē adherendo deo efficitur vn⁹ spūs. Propter qd̄ dicitur Joh. xvij. Ut sint cōsūmati in vnū sicut ⁊ nos vnū su/mus. Ratione finalis quietatiōis: quia cū amor sit pōd⁹ faciēs i deū tēdere ⁊ i deū tēdere est in deo q̄escere: sicut corꝑalia ꝑ sua pondera in ꝓprijs locis situari hn̄t ⁊ stabiliri: His ergo de causis ꝑ charita/tē efficitur homo maxime cōformis.

Tertio queritur. vtrum

Solutio questiõis presentis. ¶ Propositio. Ista tria scꝫ effectiuũ: causatiuum: ⁊ productiuũ habẽt se per ordinem. Effectiuum eñ est ens productiuũ alicuius effectus in genere cause efficientis: ideo tm̃ valet effectiuũ

sicut causa efficiens. Causatiuum autẽ est ens productiuũ alicuius effectus in genere alicuiꝰ per se cause siue formalis siue finalis: siue material. Productiuũ vero est aliqua res potẽs producere aliquod producibile: ⁊ istud producibile ẽ bene in diuinis. Unde actus ⁊ potentia in diuinis non differunt: quia idem est in deo generare ⁊ posse generari. ¶ Propositio. Omne effectiuuꝫ est causatiuũ sed non econtra: ⁊ omne causatiuum est productiuũ sed nõ econtra: vt patet ex diffinitionibꝰ eorum.

Secũda questio. Utrũ sacramenta sint causa efficiens gratie.

Iste questiones se habent per ordinem quia si sacramenta nõ sint causa efficiẽs gratie queritur. Utrum ad minus sint causa disponens ad gratiã. Iste autem questiões nõ sũt de causis materiali: formali ⁊ finali sed efficiente. ¶ Notanduꝫ ꝙ gratia dicitur operans inquantũ gratificat animam: ⁊ dicitur cooperans eadem gratia inquantum dirigit ⁊ inclinant ad opera meritoria Ut dr̃ operãs quando inclinat ad actũ interiorem elicitum: ⁊ dicitur cooperans respectu actuũ ¶ Notandũ infra per ꝙ triplex est causa efficiens scꝫ proprie effectiua: disponens ⁊ sine qua non. Causa efficiens proprie effectiua est illa que dat esse suo effectui ipm vere pducendo in genere cause efficientis. ¶ Correlarium. Hoc modo pater ẽ causa filij ⁊ deus omniũ rerũ. Causa efficiens disponens est illa que vere producit aliquam formam disponenteꝫ ad vltimum effectum: siue principalem effectum: sic tamen ꝙ non attingit vltimuꝫ effectum. ¶ Correlariũ. Isto modo generatio hominis est causa disponens respectu anime rationalis: quia producit formã proprie organicam corporis humani que disponit ad animã rationalẽ. Et hoc modo intelligitur questio secũda scꝫ vtrum sacramentũ aliquod in suscipiente causet dispositiones ad grãm gratum facientẽ: vt pote in sacramento baptismi: effectus proprius eius est ablutio corporis baptizati ad quam deus producit gratiam. Causa efficiens siue qua non est illa que necessario requirit ad ipm principalem effectum vl ad esse effectus. licet ipm non producat vere neqꝫ aliquid est disponens ad ipm principalem effectum. ¶ Correlarium. Hoc modo vnio anime cum corpore põt dici causa sine qua non: ⁊ ẽ minime causa ⁊ improprie: tamen reducitur ad causaꝫ efficientem. Et de ista est etiã questio.

Tertia questio que ratione huius questionis mouetur ẽ Utrum in sacramentis sit aliqua virtus p quaꝫ influunt in ipam animã.

Declaratio terminorum Anima a natura sua ẽ tanqꝫ tabula nuda: depingibilis tamen scientijs et virtutibus. ¶ Quid sit virtꝰ moralis in secundo Ethicorum dicit esse que habentem perficit: ⁊ opus eius bonum reddit. Uirtus autem effectiua (ꝺ qua ad propositum) est ratio agendi ⁊ pducendi effectum ipi agenti. ¶ Propositio In omni agente est id quod causat: Et id quo causat: vt ignis in se est id quod causat: ⁊ calor id quo causat. Uel ẽ illd principiũ quo agens agit. Item principiũ ratio ⁊ virtus idem sunt. Uirtꝰ autem adhuc ẽ duplex scꝫ naturalis ⁊ spiritualis. Uirtus naturalis ẽ vltimum de potentia: vt ignis ẽ producere ignem quia prio calefacit: deinde producit ignem. et de ista non est questio. Uirtꝰ spiritualis est aliqua ratio agendi immediate infusa a deo in aliquo quo possit exire in effectum. Et de ista ẽ questio vltima. ¶ Nota Augu. in. iiij. de trini. Sacrm est id in quo sub rebus visibilibus virtus diuina salutẽ nr̃am secretiꝰ operatur. Gratia dei gratum faciens est quidam

habitus supnaturalis a deo immediate infusus i natura itellectuali per quē ipa creatura intellectualis ē dignavita eterna: chara z grata deo: sponsa dei z filia Et dicit habitus loco generis. Dicitur supnaturalis ad differentiā omniū habituū acquisitoꝝ siue intellectualium siue moraliū. Et dicit supnatural: qꝛ excedit oēm vtutē creature: quia illā nulla creatura pōt creare: ꝗuis possit acquiri per deuotā oratione z diligentē ꝑparationē. In natura intellectuali ponit ad denotandū subiectū ipius grē qd est natura intellectualis: z in hoc notatur gratie nobilitas: ꝑ quā etiā ibi denotantur effectus grē: qꝛ deus ordiauit nullū acceptare in amiciciā nisi habeat hanc grām tāq̄ vestē pulcherrimaꝫ. Alia est gratia que dicit gratis data que supius ē descripta Et est triplex scꝫ habitualis actualis z motiua. Habitualis est que aliqd donū habituale habet additū: vt castitas: pietas. Unde Crisantus. Nisi tuo imbre extincta fuerit flāma libidinis nō pōt animus puenire quo tendit. Errat qui propꝛys virib ̓ putat se castitatem obtinere. Unde Sapiens. Scio ꝙ ꝯtinens esse nō possū nisi deꝰ dederit: z hoc scire donū dei est. ¶ Sciendum ꝙ duplicia sunt creature rōnalis naturalia. Quedam sunt essentialia vt essentia anime z ea que sequunt eam naturalit z necessario: vt intellectꝰ z volūtas. Alia sunt accidentalia vt demētia: ingeniositas: pulchritudo corpis: facūdia: z pñt dici gratie gratis date. ¶ Propositio. Omnes gratie gratis date ordinantur ad grām: z deus dat illos vt homo recipiens ꝑ illas se disponat ad gratiam vel ad melius vtendū. Gratia gratis data actualis ē aliquod actuale donū additum zc. vt supra patuit diffinitione gratie gratis date. vt sunt inspiratiōes dei: interiores predicationes z monitiones exteriores: z tribulationes z omne illud quod deus nobis facit vt relictis peccatis ad eum redeamus. Unde Johānis decimoquinto. Nemo potest ad me venire nisi pater traxerit eum. ¶ Nota ꝙ deus trahit quosdam dulciter per prosperitates z cōsolationes z interioresq̄ quedam suauissimas deuotiones: z hi trahūtur sicut paruulus trahitur ad matreꝫ: cum ei ꝑsentat pomum vel aliquod concupiscibile. Gratia vero motiua gratis data (sm Petrum de aliaco) est specia le dei auxilium vel beneplacitum diuine voluntatis quo nos mouet ad bonuꝫ Apocalipsis. iij. Ecce ego sto ad hostiū Et hec gratia de principali significato importat quid increatum id est diuinuꝫ beneplacitū z cōnotat monitionē.

Resolutio questionis

stat in duab ̓ opinionib ̓. Prima est doctoris sancti Thome. Secūda fuit primo disputata a magistro guilhelmo parisiensi: z approbauit eam Alexander de Hales. Et Scotus multum eam ampliauit z modo tenet cōmuniter ab omnibus doctoribus. ¶ Prima propositio In sacramentis noue legis est aliq̄ virtus spiritualis creata per quam inferūt in animā: z habent rationem causandi differenter respectu triū effectuum. Dicunt enim ꝙ in sacramentis datur gratia gratumfaciens datur etiā in eis gratia gratis data. sicut est caracter (z hoc in tribus sacramentis dumtaxat scilicꝫ baptismo: confirmatione: z ordinis sacramento que sunt irreiterabilia) et est indelibile. Et est ornatus anime i alijs quattuor sacramentis. Sed iste ornatus precise non placet Scoto. Datur etiam debilitatio fomitis siue expeditio potentiarum. Hec est efficacia gratie. Et in hoc concordant omnes doctores excepto de illo ornatu. Dicunt etiam ꝙ licet sacramenta noue legis nō sint causa proprie effectiua gratie gratumfacientis sunt tamen causa sine qua nō. Et pro ista questione sunt argumenta sex.

ibi post oppositum vide in textu. ¶ Secunda propositio Sacramenta noue legis sunt proprie causa effectiua respectu caracteris et ornatus. Iste ornatus nihil est q̃ gratia dei. ¶ Tertia propositio Sacramenta sunt causa disponens respectu efficacie gratie: siue respectu illius virtutis: scilicet respectu debilitatis fomitis: siue roboris potentiarum. Sic ergo dicunt q sacramentum est causa gratie: vt sine qua non est causa caracteris ornatus efficiens: et causa efficacie gratie et sanationis potentiarum vt disponens et hoc per virtutem que est in ipso sacramento spiritualem a deo collatam sibi. Nota q sacramenta veteris legis nihil valebant ex parte operis operati: sed solum ex parte operis operantis Non sic in sacramentis noue legis: quia semper valēt ex parte operis operati: nō autem semper ex parte operis operantis nisi scilicet aliquis sit in gratia Impossibile enim est vt quis mereatur alijs z nō sibi: hoc intelligendo de merito personali vt est in sacramento altaris. Nam sicut creatura nō potest recipere potestatē creandi. sic nec dandi gratiam. ¶ Opinio Scoti stat in sex dictis et tribus exemplis. ¶ Primum dictum Cum in sacramentis non sit proprie causalitas respectu gratie: in sacramentis non est ponenda aliqua virtus super naturalis spiritualis sacramentis inherens que sit qualitas: vel proprietas aliqua absoluta nec effectiua nec dispositiua. Prima pars patet quia solus deus potest creare gratiam. Secunda pars patet ibi. In sacramentis non est ponenda virtus aliqua spiritualis. Unde notandum q ad dispositionē gratie requiruntur duo Primo requiritur fides: quia sine fide impossibile est placere deo: quia si quis crederet sacramenta sibi non valere certum est q ei non valerent. Secundo requiritur deuotio. Et ponitur tale exemplum Nam ad verbū helisei Naamā se lauante astitit virtus diuina effectiua sanitatis: z deuotio z obedientia Naamā dispositiua. Nulla tamen causalitas virtutis fuit nec in verbis Helisei nec in aq̄ iordanis qz posito q aliqs leprosus ad aquam accessisset: non propterea fuisset curatus a lepra nisi specialis gratia dei astitisset ibi Sic dicendum est de sacramentis. ¶ Secundum dictum diuina virtus assistens sacramento est proprie causa gratie z caracteris. licet fides z deuotio suscipientis disponat ad gratiam: co q ad prolationes verbi assistit virtus diuina aquis z infundit gratiam z regenerat dum hys subijcit se ei per fidei professionem z obedientiam. ¶ Tertium dictum Sacramenta dicuntur habere virtutem: et esse causa gratie: et habent virtutem causandi z efficere gratiā: sm modum loquendi: propter assistentiā diuine virtutis. Et ponitur exemplum Posito q rex statuerit q quicunq habuerit tale signum tali hora habebit centum libras. Sic dicendum est de sacramentis q deus ordinauit q quicunq receperit ea debite habebit gratiam suam. ¶ Quartum Licet in sacramentis non sit ponenda aliqua virtus proprie dicta tamen ponenda est aliqua virtus largo modo capta etiam creata. ¶ Correlarium Uirtus hoc modo dicitur efficax ordinatio alicuius ad signandum productionem alicuius effectus z gratie. Exemplum. Littere regie annulo regis sigillate: magne sunt dignitatis et virtutis respectu valoris: tamen in eis nulla est virtus absoluta sed solum per virtutem regis et eius assistentiam: quia mortuo rege lr̃e ille nullius sunt valoris. ¶ Quintum dictum Sicut sacramenta sunt signa efficacia gratie a deo istituta vt qui ea susceperit debito modo habeat inde gratiam: nullam autem habeat gratiam ad hunc actum. Illa nūq ordinatio est

ficax virtus est sacramenti:⁊ ratiõe illi⁹ disponit hominem vt habeat gratiaʒ:qꝛ efficaciter ordinat ad habendam ⁊ susci/piendaʒ gratiam. Rursus dicunt isti ꝙ ex tali pactiõe dominus astringit se quodammodo ad dandum gratiam suscipiẽti sacramentuʒ:astringit enim quodam/modo deum ad conferendum:et dicitur virtutem habere ad efficiendum et etiaʒ disponendum:⁊ sicut extenditur nomen virtutis:ita verbum efficiendi vel disponendi:quia non efficit vel disponit influendo:sed efficaciter ordinãdo. ¶ Sextũ dictum Sicut hec extenduntur:ita ⁊ nomen cause:quia non dicitur causa fm ꝙ est principimu operandi:sed fm ꝙ est ratio ordinandi.

De differẽtia sacramẽtorum noue legis et veteris.

Queritur Utrum sacramenta veteris legis iustificabant. ¶ Magister hanc differentiam assignat dicens ꝙ sacramenta veteris legis tantum promittebant ⁊ non dabãt: hec autem dant. Unde communiter est differentia ꝙ sacramenta noue legis efficiunt qđ signãt:sʒ veteris leg̃ nõ ¶ Sʒ cõtra hoc est Hugo in libro de sacramẽtis. Ideo duplex est opinio de ista que/stione. ¶ Scienduʒ igitur ꝙ duplex est sacramentuʒ scilicet stricte captum:⁊ est signum sensibile ⁊c̃. vt s̃ diffinitum est. ¶ Propositio Hoc modo capiendo sa/cramentum:nulla erant sacrameta veteris legis:excepta circumcisione. ¶ Cor/relariũ Hoc mõ nõ capit̃ hic sacr̃ʒ. Alio modo capitur sacramentuʒ large:et est sacre rei signum. ¶ Propõ Ueteris le/gis sacrificia seu que facebãt veteres bene erant sacramenta hoc modo:quia si/gnabant sacram rem scilicet passionem vel aliquid aliđ. ¶ Prima opinio est magistri:⁊ Gilberti porretani qui dicebant ꝙ in sacramentis veteris legis nõ mere/bantur homines exercendo illa nec ꝑ se nec per accidens nec iustificabant. Sed ista opinio Hogoni non videbatur rationabilis. Uide in textu. ¶ Resolutio q̃stionis ¶ Prepositio Sacramẽta per se nõ iustificabant:cõiuncta tñ cum fide et deuotione conferebãt gr̃am Si vero q̃/ratur ratio vñ hoc est:pʒ rñsio:qꝛ sacra/menta nr̃a iustificant rõne operis opati: illa autem ope operantis:qꝛ causalitas sacramẽtorum nõ est aliud q̃ȝ quedaʒ efficax ordinatio ad recipiendum gratiaʒ ex pactiõe diuina:hoc autẽ fuit solum in sacramentis noue legis ⁊ nõ veteris nisi in circũcisione:qꝛ ibi fuit pactio. Qua/re aũt in istis est modo pactioꝛ ordiatio et in illis nõ:pʒ qꝛ tũc fuit tempus figu/ret vincẽdi duriciẽ:modo ẽ tempus gra/tie ⁊ repationis antique.

De gratia sacramentali queritur.

Utrũ gr̃a sacramentalis sit eadem ꝑ essentiam cum gratia virtutuʒ. ¶ Resolutio questionis. ¶ Prima ꝓpõ Gr̃a sacr̃alis est gr̃a gratũfaciẽs realiter ⁊ essentialiter:pʒ qꝛ omnis illa gr̃a q̃ ex/pellit ⁊ curat a pctõ mortali est gr̃a gra/tũfaciẽs:qꝛ sola illa expellit pctm̃. Sed gr̃a sacr̃alis est hmõi ergo ⁊c̃. ¶ Correlarium Omis virtus alia a charitate potest stare cum pctõ:⁊ etiã facere miracula:et illud correlarium ꝓbat maiorẽ. Minor aũt pʒ:qꝛ est remedium cõtra morbũ vt pʒ in baptismo ⁊ pnĩa. ¶ Scd̃a ꝓpõ Lʒ sacramentalis gratia de ꝑ se significato sit gr̃a gratumfaciens:tñ cõnotat aliq̃d qđ nec est formaliter ip̃a gratia gratum faciens:nec põt separi realiter:qꝛ connotat expulsionẽ culpe Sed ista expulsioꝛ remissio nõ est gratia gratumfaciens:qꝛ deus põt remittere culpã ⁊ nõ dare gr̃aʒ de potẽtia ipsius absoluta ꝙ tñ de potẽ/tia dei ordinata nunq̃ȝ deus facit: qꝛ qñcunq̃ȝ remittit culpã infundit gr̃am:gra ergo p̃dicta rõne sui ꝑ se significati vocatur gr̃a:⁊ rõne sui connotati vocat̃ sacra

mentalis. ¶ Correlarium Gratia predi
cta complete capta scz pro per se significa
to: z pro suo ꝯnotato est ens per accidēs
qz saltez aggregat ens reale scz grām et
ens rōnis scz signa q̄ sunt in sacramentis
ergo in nullo est predicamento. ¶ Ter/
tia ppō Lz in statu innocētie fuisset grā
gratūfaciens non tñ fuisset grā sacr̄alis
qz gratia sacr̄alis nō est nisi vbi est mor/
bus. Sed ibi nullus fuisset morbꝰ ergo zc̄.
¶ Quarta ppō Grā virtutū est grā gra
tūfaciens: qz ōis gratia que facit omnia
opera virtutū accepta deo ad vitaz eter/
nam est gratia gratumfaciens: qz a sola
grā sunt accepta deo. Sz grā ꝟtutū est
huiōi qz dirigit ōia opa virtutū ad vitā
eternā Nam sicut sol est lux luminuz: qz
illustrat ōia inferiora: sic ꝟtutes sunt lu
mina: sed accipiūt lumen suum a gratia
gratūfaciente. ¶ Quinta Licet grā vir
tutū de p se significato sit grā gratūfaci
ens: tñ de cōnotato ꝯnotat oēs habitus
ꝟtuosos substractos gratie: quapropter
dicitur gratia virtutū qz omnes habitꝰ
aliaruz virtutū sunt substracte id est for
mate a gratia gratumfaciēte: ꝗ̄tum ad
id qḋ est esse meritorium z dignum vita
eterna. ¶ Sexta Hoc totum gratia vir
tutum ratione per se significati dicitur
gratia: sed ratione connotati dicitur vir
tutum. ¶ Septima Gratia virtutum
complete accepta nō est aliqua vna res:
sed omnes virtutes: sed omnes virtutes:
non sunt vna virtus. Unde gratia vir/
tutum est vnuz ens per aggregationez.
¶ Correlariū. Hec gratia fuisset in sta/
tu innocentie: quia habuissemus omens
virtutes ¶ Octaua propositio Gratia
virtutuz pro per se significato est omnino
idē cum gratia sacramētali qz ambe pro
per se significato nō sunt nisi grā gratū/
faciens. ¶ Nona Gratia virtutum pro
cōnotato nō ē idem essentialiter z realit̄
cū grā sacramētali: qz grā ꝟtutū p ꝯnota
to nō est nisi habitus aliarū virtutum: z
grā sacr̄alis p cōnotato nō est nisi vnus
effectus scz remissio culpe. Nota q̄ idez
sunt: esse idem per essentiam: esse idem es
sentialiter z esse idem realiter: licet nō sit
de esse. Finaliter sciendum q̄ de hac que
stione tres sunt opiniones: quarū tertia
est Sanc. Bonauen. z tenēda. Et reso/
lutio questionis satis pz ex dictis.

Circa secundam
prime distinctiōis ptē. Pri/
mo q̄rit̄ Utrū ad remediū
original' suffecerit fides in/
formis. Remediū est medicina q̄ post la
psum succurrit curando z sanando. Uñ
medicina est duplex scz. Preseruatiua q̄
preseruat a morbo futuro Alia est medi
cina subleuatiua q̄ subleuat a morbo p̄/
senti. ¶ Correlariū Hoc modo remedi/
um est medicina z nō prio mō. Sciēduz
q̄ qñ deus creauit adaz dederat sibi me/
dicinam preseruatiuaz id est iusticiā ori/
ginalē: z si stetisset nō hūisset remediū vt
pz sed qz cecidit indiguit z sanatōe ꝗ̄tū
est ex se. Notandum q̄ peccatum origi/
nale est carentia iusticie originalis debi/
te: qz in primo pente accepte: ex eius cri
mine pdite cui corrn̄det obligatio ad
penā dāni diūtarat: ad oriaz pctōꝝ mor
taliū actualiū: ex p̄missa crimis trāsgres/
siōe pueniens. ¶ Correlariū Adā nō ha
buit pctm̄ originale. Justicia autē origi
nalis est q̄dā habitꝰ supnatural' imedia
te a deo infusus ipē aīe Ade faciēs perfe
ctā pacē z tranqllitatē inter ptē sensuali
tatis z rationē z volūtatē z ptē itellectu
alē ¶ Propō istud donū q̄ ad aliqd erat
nobiliꝰ habitu charitatis: pz qz faciebat
pfectā pacē inter partē supiorē z inferio
rē: tñ simpl'r donū charitatis est nobiliꝰ
cū p ipsam aīa reddat̄ chara z amica dō:
qḋ nō faciebat iusticia originalis. Carē/
tia autem dicit negationez cū debito ha
bendi illud qḋ negatur. Unde catulus
ante nonū diē non dicitur cecus: qz tunc

debet habere visum. Item Adam recu-perat donum originalis iusticie pro se et pro tota sua posteritate: ideo sumus debitores: quia si non habemus hoc non prouenit ex defectu ipsius dei dantis: sz ipsius recipientis: qui non custodiuit. Itez iusticia aliqua potest dici debita. vt in se accepta et actione propria deperdita accipientis. Sic non habemus nec habuimus iusticiam originalem. Sciendum etiam quod fides informis est duplex scilicz laudabilis et virtuosa: alia est damnabilis et viciosa. Prima est virtus supernaturalis theologica formaliter existēs in intellectu viatoris extra charitatem existentis inclinans ipsum ad libere et voluntarie assentiendum prime et summe veritati propter se et super omnia: rectificans et vigorans ipsum ad vitandum omnem prauitatem hereticam: et ad firmiter credendum aliqua vera que non sunt apparētia vt sunt articuli fidei. Et de ista est questio presens. Secunda est quedam credulitas de articulis sicut de credibilibus fidei nostre quadam necessitate et coactōe extorta per multa miracula et experimenta: et quodam murmure et terrore suscepta. Et sic est fides in demonibus et non in viatoribus. Et de ista intelligitur auctoritas beati Iacobi Demones credunt et contremiscunt. ¶ Pro resolutione questionis sunt due opinniones in textu probabiles. Prima est magistri Richardi et Petri de tharentasia. Secunda est specialis opinio Conueniunt autez ambe in tali conclusiōe. ¶ Per fidem informō quantumcunque informem dabatur remediuz paruulis. Sed habent diuersos modos assignandi. Secunda opinio dicit quod remedium non dabatur solum ratione credenti sicut prima dicit: sed ipsa fidei professio id est actus elicitus fidei lz informis.

Secūdo querit̄. Utruz ad remissionem originalis suffecerit sola fides supple in paruulis. Hugo in libro de sacramentis dicit est viciuz quod nascēdo contrahimus id est in cōceptione nostra per ignorantiam in mente: et per concupiscentiam in carne ista diffinitio non est formalis: sed potius materialis: quia nec ignorantia nec concupiscentia sunt peccatum originale. Item peccatum originale vocatur pluribus nominibus in secundo scilicet lex carnis lex nature lex membrorū: tyrannus: cōcupiscentia: concupiscibilitas: fomes. Intelligitur autez questio an sola fides suffecerit: id est si habitus fidei sufficit sine aliquo signo exteriori. Nota Omne quod non est ex fide peccatum est: id est omne quod fit contra conscientiā est peccatū mortale. Reqre modos accipiendi fides in materia fidei in tertio sententiarum. Uel etiam potest esse questio ista pro actu fidei: sine tamen signo exteriori aliquo: vel si requirebatur aliquod sacrificium vel decimatio vel aliquod aliud signum. ¶ Resolutio questionis in duabus stat opinionibus. Prima ponit talem propositionem. ¶ Sola fides habita siue informis siue formata non sufficiebat s̄m omnes doctores. Requirebatur etiam s̄m omnes actus fidei in quo profitebatur paruulum curandum esse ob eo quem expectabant. Et de hoc est duplex opinio. Aliqui enim dicunt quod oportebat quod fieret professio non tantum actu mentis vel oris: sed etiam signo visibili vtputa in oblatione vel in sacrificio siue decimatione vel aliquo alio signo. Sed Gregorius in moralibus dicit quod apud nos valet aqua baptismi hoc egit apud veteres: vel pro paruulis sola fides: vel pro maioribus: id est adultis virtus sacrificij: vel pro hijs qui ex abrahe stirpe prodierunt mysterium circumcisionis. ¶ Ideo est alia opinio quod

professio fidei sufficiebat qualitercumque fieret: siue actu cordis: et hoc principaliter requirebatur siue signo siue verbo: dum tamen fieret a parentibus et haberetur respectus ad paruulum. Si autem queratur quare magis fides parentum requirebatur. Dici potest quod parentes dicuntur hic omnes qui curam gerebant de paruulo: et istius opinionis est Richardus et Petrus de tharentusia. Alij dicunt quod debent capi ibi parentes proprij: quia per ipsos paruulus contraxerat culpam Ideo congruum erat vt eorum fide mereretur gratiam: sed prima opinio est misericordior.

Tertio queritur. Utrum requiratur virtus sacrificij in remedium originalis in adultis. Sacrificium potest capi tripliciter. Uno modo communiter et sic est oblatio facta deo in recognitionem supremi dominij sui siue fiat actu interiori in spiritu siue fiat actu exteriori: affectu scilicet et effectu. Oblatio ponitur loco generis: facta deo ad differentiam sacrilegiorum idolatrorum. Alio modo sacrificium capitur proprie et est oblatio qua offerebatur aliqua hostia seu victima deo: cuius aliqua pars cremebatur in altari et altera cedebat ad vsum offerentis. Et dicitur victima ad differentiam inanimatorum vt oleum frumentum et vinum quia hoc totum fiebat in animalibus: et sic distinguitur a prima acceptione que intelligitur tam de inanimatis quam animatis. Et dicitur cuius aliqua pars etc. ad differentiam holocausti quod totaliter cremabatur: et sic etiam patet quid sit holocaustum. Tertio modo sacrificium capitur proprijssime: et dicitur quasi sacrumfactum: quia prece mystica consecratur pro nobis in memoriam dominice passionis: et hoc solum conuenit sacramento altaris et noue legis. ¶ Correlarium. Sacrificium in questione capitur communiter et proprie: et non vltimo modo. Item Uirtus sacrificij potest capi dupliciter. Uno modo potest esse ipsa fides que faciebat valere ipsum sacrificium in lege antiqua: quia de se nihil valebant: sed tamen per fidem venturi valebant et sic non capitur hic. Alio modo dicitur interna mentis attritio siue displicentia de peccato actuali eo quod addiderant peccata: et sic accipit Gregorius in auctoritate preallegata vel pro fide: melius tamen videtur pro interna mentis attritione. Adultus secundum iuristas est ille homo qui compleuit. xxv. annos quia vsque ibi crescit et tunc dicitur adultus. Adultus alio modo est viator habens vsum rationis: per quem potest discernere inter bonum et malum. Adultus enim connotat statum in quo homo crescit. Dicitur habens vsum rationis ad differentiam fatuorum et ratione carentium. Dicitur per quem etc. et hoc citius est in vno quam in alio vt patet de illo puero de quo loquitur Gregorius. iiij. dialogorum. et sic accipitur hic adultus. ¶ Responsio ad questionem. Propositio In lege nature tria fuerunt genera sacramentorum scilicet decimationes oblationes et sacrificia Sacramentum capitur tribus modis vt supra dictum est. Uno modo proprie. Propositio Nulla fuerunt sacramenta in lege nature capiendo sacramentum proprie patet de iacob qui effudit oleum super altare quod erexerat. Sacramentum communiter captum: dicuntur quedam signa a deo instituta et non ante legem nature per que homines frequentabant in quibus se exercebant in colendo deum. Dicitur notanter non ante legem nature propter sacramentum matrimonij: quod fuit institutum in paradiso terrestre et sic capitur hic sacramentum. Item sub oblatione comprehenditur primitia que fiebat ex primis terre fructibus vel ex primogenitis alialium mundorum. Decimatio est decime partis oblatio: et noue partes sibi reseruando. Sciendum quod partes aliquote dicuntur quando aliquotiens sumpte reddunt numerum suum essentialem vt sunt. i. ij. iij. que constituunt numerum senarium. Item ternarius nu-

nuerus componitur ex partibus aliquo/
tiens z nõ aliquotis z ideo est perfectioꝛ
Denarius aũt est perfectissimus ad quẽ
stat resolutio omnium numeroꝛum z di
citur limes pꝛimus:centum autem est li
mes secundus zc̃. Ad euidentiam pꝛedi
ctoꝛum tria sunt videnda:pꝛimo que sit
ratio instituendi illa sacramẽta:scd̃o qs
sit modus:tertio que efficacia. Oblatio
capitur tripliciter. Uno modo commu/
nissime scilicz pꝛo omni illo quod deo iu
ste offertur cum deuotione siue actu in/
terioꝛi siue exterioꝛi:z sic nõ capitur hic.
Secundo modo communiter pꝛout sci/
licet distinguitur contra decimam z pꝛi
mitiam:z sic quodcũqz offerebatur deo
pꝛeter decimam et pꝛimitias dicebatur
oblatio. Tertio modo capitur oblatio
stricte:z sic distinguitur contra sacrifici/
um et holocaustum:z sic capiebatt psal/
mista dicendo. Acceptabis sacrificium
iusticie oblationes z holocausta:z sic fie
bat in rebus inanimatis:vtputa in liqui
dis:z sic capitur hic ab Hugone triplici
ratione. Pꝛima ratio est dei honoꝛifica/
tio. Notãdum ergo ꝙ fides in iustis om
ni tempoꝛe cucurrit z nullus nisi in fide
saluatus est:ergo tempoꝛe legis natura/
lis hec fides erat que fideles illumina/
bat ad hoc ꝙ crederent ꝙ deus erat cre/
atoꝛ redemptoꝛ et remuneratoꝛ:ideo fi/
des illuminabat z dictamen nature con
sonabat:vt homo deo seruiret:et sua ab
ipso recognosceret:z hoc qd̃ credebat si
gno visibili etiam quodãmodo manife/
staret ideo signa fuerunt tempoꝛe legis
nature in quibus de⁹ honoꝛabatur qui
omnia creauerat vt in oblatione:simili/
ter honoꝛabatur vt redemptoꝛ:vtputa
in sacrificio. Ut pfect⁹ remuneratoꝛ in
decimatiõe. Et nota quodammodo de/
narius est perfectissimus numerus:quia
tres perfectiones habz in se. pꝛĩa est vni
tatis. scd̃a ternarij. tertia senarij:que sit
iuncta faciũt denariũ:z ideo ibi est stat⁹
Pꝛopter hoc honoꝛabatur deus vt per/
fectus remuneratoꝛ:vnitas eñ est perfe
cta:qꝛ est oĩs numeri perfectio. Secun/
da ratio est fidei redemptoꝛis pꝛofessio:
sicut enim nullus sine fide potest deo
placere sic nullus sine fide mediatoꝛis a
peccato resurgere:z sicut fides simplici/
ter dictabat dei honoꝛificationem ita et
hec pꝛofessionem. Et qꝛ tunc pꝛofitetur
homo qñ qd̃ interius credit exterius ma
nifestat. Ideo tempoꝛe legis nature fue
runt signa ad hoc manifestanduz. Etiã
honoꝛabatur vt redemptoꝛ z hoc modo
tria considerantur:scilz redemptũ vt ge
nus humanum z hoc per decimationem
homo enim signatur p decimã dragmaz
perditaz. Scd̃o ipse modus redimendi
z est ipsa passio domini nostri iesu xp̃i:et
hoc per oblationez. Tertio cõsideratur
ipsum preciũ z hoc per sacrificiũ in quo
erat sanguinis effusio. Et ista pfessio in
huiusmodi signis erat maxie necessaria
pꝛo ipsis imperfectis. Perfectis eñ de⁹
reuelauit sacramenta fidei:imperfectis
celauit. Unde minoꝛes adherebãt fidei
maioꝛũ z credebant implicite:z sicut im/
plicite credebant:sic signa data sunt eis
a maioꝛibus in quibus fidem implicite
pꝛofiterentur. Tertia ratio est vite agẽ
de instructio. Sicut eñ aliquis nõ pote
rat deo placere sine fide nec a pctõ resur
gere sine fide redemptoꝛꝭ sic nec in bono
stare sine bono opere. Et ideo fidei adie
cta sunt signa que significarẽt ea que ne/
cessaria sunt cum fide. Hec autem tria
sunt in coꝛde:et sunt tria exterius q̃ hijs
sequentibus signantur in decimatione
peccati recognitio et eius dimissio:quia
in ea dat deo qd̃ pfectũ z qd̃ bonũ ẽ:z re/
manet nobis qd̃ est imperfectũ. Unde si
gnatur ꝙ bona tãtuz sunt a deo:sz mala
a nobis. In sacrificio signatur interna
contritio:quia sacrificium deo spiritus
contribulatus:z exterioꝛ carnis macera
tio:quia occidebatur pecus. Unde moꝛ

tificanda sunt corda et membra nostra. Romanorum.xij. Exhibeatis corpora vestra zc. In oblatione enim requiritur mentis deuotio:z exterior bona operatio que si assint cum fide sufficiunt ad salutem:z sic patet ratio institutionis. Secundo debz attendi modus instituendi non enim instituta sunt per modum precepti vt dicit Hugo Consilio erudiuit paruulos:loquens pro illis qui fuerunt tempore legis. Tertio attendenda est efficacia in hijs. Et notandum q de se nullam habebant efficaciam mundandi vel iustificandi:sed solum ratione fidei redemptoris. Non enim erant instituta ad hoc sed ad hec que predicta sunt.

Quarto querit. Utrum

remedium circumcisionis congrue sit institutum. ¶ Circũcisio ibi est remediuz ad remouendum peccatum originale distinguens populuz fidelem a populo infideli. Cuius descriptionis sunt due partes. Primo circũcisio fuit instituta in remedium contra originale peccatuz. Secundo fuit instituta in officiuz:significabat enim peccatum originale quantum ad causam que est propagatio libidinosa que fit in pte generatiua:ideo debuit ibi poni remedium. Signabat etiaz quantum ad processum etiam quantum ad effectum In officium distinguentis scilz populum fidelem zc. ¶ Rñsio ad questionem. ¶ Propositio Institutio circũcisionis cogrua fuit:quia fuit expressum signum curationis originalis. Ad illud quod obijcitur Deus non delectatur in penis. Dicenduz est q pena. Uno modo comparatur ad punitum:z sic nõ placet deo. Non enim creauit nos deus ad puniendum. Alio modo comparatur pena ad meritum scilicet ad preexistentem culpam z sic est in ea manifestatio iusticie et ordis z sic placet deo inquantum iustus. Tertio comparatur ad finem vel effectuz vtputa iustificationem rei z sic placet ei inquantũ est misericors. Unde in punitione (que est via ad iustificationem) relucet misericordia z iusticia:z ita est placens deo:et talis fuit pena circumcisionis. De forma siue integritate circumcisionis. Notandum. Illud dicitur esse de forma z integritate alicuius quod non potest esse sine illo z requirit necessario ad eẽ ei⁹:sic partes dom⁹ necessario requirunt ad eẽ dom⁹ Illud aũt est de decẽtia alicuius qđ nõ requiritur necessario ad esse alicuius:sz ad bene esse:sicut fenestre in domo.questio potest esse de vtraq zc. ¶ Propositio Tria fuerunt necessaria z de integritate sacramenti circumcisionis scz sexus masculinus:membrum preputij mod⁹ circumcidendi que fienda erant circulariter amputando scilicet interiorez partem illius membri. Dies tamen octau⁹ non erat de necessitate:vt patet in Abraham z vernaculis suis et proselitis nouiter conuersis tamen omittentes illam in die illo peccabant facientes contra preceptum domini quia precipiebat illam fieri in tali die Resolutio patet ex dict Unde Triplex est circumcisio scilz sacramentalis de qua iam dictũ est. Alia est moralis z est illa qua circumciduntur corda nostra ab omi iniquitate. Tertia ẽ circũcisio anagogica z ẽ illa q̃ p meritũ passiõis xpi fiet in iudicio circũcisio corpoꝝ nroꝝ mũdando ab omni corruptõe

Quinto queritur. de ef

ficacia circũcisionis. Utruz sacrm circũcisionis sit gre collatiuũ.i.vtruz ex vi circũcisiõis pferat grã. ¶ Regula Scotista ordinauit ds q nũq aliqs erit i puris naturalibꝫ:sz ois hõ de lege dei ordinata vel est in grã:vel in pctõ mortali:et ipossibile ẽ aliquẽ eẽ i grã z pctõ mortali Nota Scotuz in pñti materia in qrto. ¶ Pro resolutione huius qõnis sciẽduz est q quattuor sunt positiones de ipa in

textu:quarum tres reprobantur ab isto doctore. Quarta vero est ipsius z p nũc tenenda que in tali stat dicto. ¶ In circumcisiõe dabatur gratia:sed tamẽ parnula respectu eius que datur in baptismo:z qz gratia quãtumcunq parua plenum effectum habet ad delendum omnẽ culpam mortalem:sed semiplenũ ad habilitandũ potentias anime z ad proficiendum:ideo circuncisio dicitur ordinari ad effectũ ablationis culpe:nõ qz ipm solum haberet:sed qz solum habet complementum.

Circa distinctionem scđaz queritur. Primo Utrum omne tempus fuerit idoneum ad institutiõez sacramentoruz. Duo sunt status temporis scz tempus nature institute z fm aliquos soluz fuit per tres horas z per tres horas hõ stetit in padiso terrestri cũ confusione. Pro isto tempore datur talis ppositio. ¶ Nulla sacramẽta debuerunt nec fuerunt instituta in statu nature institute:pz qz nullum fuit ibi pctm nec sequela peccati. Alius est status nature lapse:z diuiditur in tria tpa scz in legez nature:scripte z gratie. Pria icepit a lapsu ade fm Hugonẽ z durauit vsq ad Abraham:fm alios autem vsq ad moysen. Scđa incepit ab his et durauit vsq ad christum. Tertia durabit vsq ad finem mundi. Et pro isto tempe talis ponitur propositio. ¶ Homo viator z lege nature z lege diuina obligat vt recedat a malo:z ad bonum accedat fm illud ps. Declina a malo z fac bonuz. Sed humana natura vulnerata per peccatum non potuit ista duo facere scz declinare a malo et facere bonum ex puris naturalibus z dicere contrarium esset error pelagij. Jo videns deus miserias humane fragilitatis z obligationem voluit et dedit semp remedia salubria z ista fuerunt sacramẽta. incepit autez tempus remedij a lapsu Ade z profecit in lege scripta z cõsũmatum est in euãgelio scz tempe legis noue Ideo idoneum fuit z congruũ instituere sacramenta in istis tribus tempibus scz in tpe legis nature vbi instituta fuerunt oblationes decimationes z sacrificia. In tempore legis scripte fuit institutum sacramentũ circũcisionis in tempe legis noue instituta sunt septez sacramẽta:tñ fm mag z min⁹ qz tempe legis nature instituta fuerunt sacramẽta pfecto modo:tẽpe legis scripte pfectiori modo tempore vero legis noue pfectissimo modo:qz ↄtra omnes morbos dat remediũ Unde notandum ꝙ duplex est malũ scz pene z culpe. Malũ culpe est triplex fm ꝙ triplex est culpa. Prima est culpa originalis contra quã ordinatuz fuit sacramentum baptismi. Alia est culpa actualis id est mortalis ↄtra quã ordinatũ fuit sacramẽtũ penitentie. Tertia est culpa venialis contra quã fuit ordinatũ extreme vnctionis sacramentuz. Malum pene est qđ patimur propt pctm primi parentis:z est quadruplex. Primum est ignorantia cõtra quam institutum est sacramentũ ordinis z maxime qz sacerdotes debent se exercere in sciẽtia z sapientia. Scđm malum est malicia ↄtra quã ordinatum fuit sacramentũ eucharistie vbi maxime viget z demonstrat bonitas z misericordia. Tertium malũ est impotentia:qua sumus debiles ad resistendũ inimicis spiritualibus:cõtra quã institutum fuit sacramentum confirmationis. Quartum malum est cõcupiscentia cõtra quam institutum fuit sacramentum matrimonij. Et sic patet qualiter sacramenta noue legis sufficienter sunt instituta ad fugiendum malum z resistendũ ei. Nunc videndum est qualiter sunt vtilia ad prosequendum bonũ. Notanduz igitur ꝙ oĩa bona quecunq sint possunt attingi per actus septem virtutũ:quarũ tres sunt theologice scz fides:spes z charitas:z quattuor cardinales scz tempan

tia: iusticia: fortitudo: et prudētia. Baptismus igitur est adiutorium pro actibus fidei. Extrema vnctio pro actibus spei. quia recipimus extremam vnctionē vt liberati a peccatis venialibus citius camus ad paradisum Eukaristia pro actibus charitatis. Matrimonium pro actibus tēperantie. Penitētia pro actibus iusticie. Confirmatio pro actibus fortitudinis. Ordo autē pro actibus prudētie. Et sic patet qualiter sacra noue legis sunt ordinata ad fugiendū et repellē dum malū et persequendū bonū.

Resolutio igitur questionis in his duabus stat propositionibus.

¶ Prima. Omnia sacramenta data a deo erant remedia ad fugiendū malum ¶ Secunda. Omnia sacra sunt instituta ad persequendū bonū. Et omnia sacra principaliter et specialiter sunt instituta in remedium excepto matrimonio quod primo institutum est in officium.

Queritur secūdo. Utrū

in diuersis temporibus debuerūt alia sacra institui vel semper eadem. Pro declaratiōe ponuntur due conclusiones date a Scoto. ¶ Prima Legē euāgelicā congruū fuit perfectissimis sacramentis adornari: quia lex euāgelica est perfectissima lex quā tota trinitas instituit et ordinauit dare homini viatori: secundum illud Matth. xxvi. Noui et eterni testamenti. Dicitur autē eternum: testamētū: quia post ipm nullū erit. ¶ Secūda conclusio. Omnia sacra legis noue fuerūt Immediate instituta a christo aliquo modo: vel simpliciter et absolute vel approbatiue. Primo patet de baptismo: quia ante mortem christi apostoli baptizabāt: etiā post resurrectionē dixit discipulis suis quod baptizarēt alios. Marci vltimo. Secundo patet de sacro eukaristie in cena antequam pateretur. Tertio patet de sacro confirmatiōis: Joh. ij. Accipite spiritumsanctum. Quarto patet de sacro penitētie. ibidem Quorum remiseritis peccata. Quinto patet de sacro extremevnctiōis quia

quā mittebat discipulos binos et binos: et qui vngebāt infirmos et sanabāt Sexto patet de sacro matrimonij quia approbauit illud cū dixit. Quos deus coniunxit homo nō separet. Septimo patet de sacro ordinis: Nam in sacro ordinis sacerdotalis maxime est duplex potestas. Prima super corpus christi verum scilicet in consecrando. et ista potestas fuit data sacerdotibus in cena christi. Alia est potestas super corpus christi mysticū eis data Joh. xx. Quorum remiseritis. etc.

Responsio ad questionē

¶ Propositio. Debito congruitatis alia et alia sacra institui debuerunt secundum quod fuerunt diuersa tēpora. Nā sicut lex noua est perfectior: ita perfectiora debuerunt institui in lege noua. Primo ibi aptum documentum diuini secreti. Secundo ibi: efficax remediū morbi. Tertio ibi Pulcrū ornatū sponsi et sponse. Reuelatio igitur secretorum nō debet fieri in omni tempore: sed illo potissime in quo intellectus hominis est capacior: sic sacra perfecta dilata fuēt vsque ad tēpus perfectū Sicut igitur in homine sexta etas est perfectior vbi maxime viget intellectus: sic etiā in mundo est sexta etas que est post aduentum christi. ¶ Unde septē sūt etates hominis. Prima dicitur infantia et durat a natiuitate vsque ad septimū annū. Secunda etas est puericia que durat a septimo vsque ad decimūquartū. Tertia etas est adolescentia que durat a quatuordecim vsque ad xxv. annū. Quarta etas est iuuentus: et dicitur a iuuando. quia debēt maxime iuuare parentes et impendere obsequiū: et durat a vicesimo quinto vsque ad quadragesimū annum. Quinta etas est virilitas: et durat a quadragesimo vsque ad sexagesimū annum Sexta dicitur senectus: et durat a sexagesimo vsque ad septuagesimūoctauū Septima durat a. lxxviij. vsque ad finē: et dicitur decrepitus. ¶ Sic etiā in mundo sunt septē etates. Prima etas durauit ab Adam vsque ad Noe. Secunda a noe vsque ad Abraham. Tertia ab Abraham vsque ad Dauid

Quarta a Dauid vsq ad trāsmigrōēz babylonis. Quinta a trāsmigratōe babylonis vsq ad xp̄m. Sexta a xp̄o vsq ad diē iudicij. Igit sicut i sexta etate hō ē sapientior: z in eo viget magis intellectio: sic etiā in ista sexta etate mundi homies sunt capatiores ad recipiendū sacramenta z secreta diuina. Scdo: quia sacramenta sunt medicamētū morbi efficax: z illo tēpore debent dari in quo efficatius curēt: sed spūalis infirmitas efficaciter nō curat nisi qñ cognoscit z sentitur: alioquin redditur homo ingratus z peiori vulnere infirmat: ideo necesse fuit sacramenta differri quousq morbo tātū in valesceret q ipm morbū cognosceret z remediū qreret. Hoc fuit tpe grē: qz tempore legis nature cōuict9 ē ēe cec9 z tunc venit lex docens z onerans: z tūc cōuictus ē de impotentia: tunc ḡ restabat tps gratie in quo morbo iaz cognit9 curaret: z in hoc sacra cōpleta darentur Tertio qz sacra sunt in pulchrū ornatū sponse: ideo xp̄s debuit ea illi sponse reseruare a qua nunq separi deberēt: z qz talis fuit ecclia collecta ḋ gentib9 scz cōgregatio christianoz z nō sinagoga que ipm deseruit z negauit: ideo debuit ea reseruare vsq ad tēpus gratie: nihilominus tñ aliqua imꝑfecta sacramēta illis temporib9 dedit pcedentib9 tēpus gratie sm q congruebat illis temporibus institutionē. Septima ho etas mundi incipiet in requie sanctoz post iudicium z durabit vsq in eternū.

Tertio queritur de numero sacramentoz temporis euangelij.

Respondet ponendo tres ꝓpositiones ¶ Prima. Congruū est in lege euangelica plura esse sacramenta: qz sacramenta data sunt nobis ad docendum nos z erudiendū: sed si fuisset vnū solū sacrm datum non sufficienter exercitaret nos: qz hoc eēt nobis fastidiosum semp exercere nos in vno solo sacramento: ḡ congruū fuit plura eē sacramēta. ¶ Scda ꝓpositio. Tantū sunt septē sacra i lege euāgelica z nō plura: qz sacramēta pncipaliter ponunt in remediū septem morboz qui maxime vigēt in nobis. ¶ Tertia. Sacramenta noue legis sunt medicamenta efficacia sanando infirmitates sunt adiumenta salubria: cōseruando z adiuuādo virtutes: sunt etiā arma bellica muniendo z armādo xp̄i milites.

¶ Notandū q ecclia militans est cōgregatio omniū fideliū viatoz sub christo duce militantiū: cōtra diabolū: carnem z mundū. ¶ Primū correlariū. Pagani z infideles non sunt de ecclia militante. ¶ Scdm. Beati z cōprehensores etiaz nō sunt de ecclia militante. ¶ Tertium Nec xp̄s licet sit dux z rector ecclie militātis. Unde notandū q ista ecclia militans habet arma. Primo baptismus est armatura intrātiū eccliam militātem. Secundo ē terribilis (sm qd dr Cātico; qrto. Ipa est terribilis vt castroz acies ordinata) qz munita z fortis: et h p ꝯfirmationē. Tertio dicit acies: quia ꝯiuncta z vnita est xp̄o z hoc per eukaristiaz. Quarto dicit ordinata: z hoc per sacramentū ordinis. Quinto qz aliqui ex ea extrahunt p mortē corporalē: ideo institutū est sacramentum matrimonij ad multiplicandū prolem. Sexto: quia multi ꝓsternūt per culpā mortalē: ideo institutū est sacramentū penitētie ad resurgendū. Septimo ē sacramētū exeuntium scz extrema vnctio. ¶ Correlariū. Quicunq egressus fuerit de ecclia militante cū omib9 armis suis scz sacramētis ꝯferētib9 gratiā sine dubio vadit ad eccliaz triūphantē. ¶ Scdm correlariū Quicunq erit de ecclia militante sine armis necessarijs ad salutē vt ē baptism9 penitētia sine dubio in infernū vadit.

Quarto querit de baptismo iohannis a quo fuit institutus

¶ Notādum q baptismus iohānis po

test capi tripl'r. Primo modo passiue p illo baptismo quo fuit baptizat⁹ z san/ ctificatus in vtero matris sue: z iste vo/ catur baptismus flaminis: z de isto non ē hic ad propositū. Secundo modo ca/ pitur actiue: z hoc dupl'r. Uno modo p illo baptismo quo baptizabat iohānes homines in nomine xpi: z sub forma ba/ ptismi xpi: hoc ē tempore q̄ discipuli xpi baptizabant: ita q potuisset ab eis inq/ rere modū baptismi xpi: z simili' bapti/ zari sicut z ceteri apli: nec etiā de isto est questio: qz isto modo qui erant baptiza ti a iohanne nō debebāt iterū baptizari Tertio modo capi' actiue p illo baptis mo quo baptizabat iohānes homies in nomine venturi xpi: et isto modo iteruz erāt rebaptizādi baptismo xpi: z sic ca/ pitur hic. ¶ Rñsio ad q̄onem ponit' ta/ lis ɔclusio. Licet baptismi iohānis de⁹ fuerit pncipalis institutor: iohannes ta men fuit administrator plenari⁹ z preci puus: ita q de⁹ baptismū iohannis insti tuit z ei officiū baptizandi commisit: vt null⁹ baptizaret illo baptismo: nisi ipe vel aliquis eius auctoritate: z inde ē q denominat' a iohanne: z cessauit iohāne cessante. Sz in baptismo xpi null⁹ erat administrator plenari⁹: qz ibi erat inte/ rior regeneratio que solū fit a deo non a ministerio humano. Nullus etiam erat administrator pcipuus: qz xps instituit baptismū: z ideo qn baptizabant beati: Petrus z Paulus z ceteri apli nō appel labat' baptism⁹ pauli nec petri sed xpi.

Quinto queritur. Ad

quid fuit baptismus iohānis institut⁹. Hoc ē vtz efficiebat grām. ¶ Respon/ sio. Baptisma iohannis fuit institutuz propter tria. Prio ad psignandū baptis ma xpi: sicut dicit mgr in lra: q baptis/ ma iohis erat sacre rei signū: z sic pt vo cari sacrm capiēdo sacrm large. Scdo fuit institutū ad assuefaciēdū ad baptis ma xpi. Marc. iij. Ego baptizo zc. glo. tm̄ corpe lauo: quia peccata soluere ne/ queo: vt sicut nascendo z pdicando pre/ curro: sic baptizando ad baptisma xpi dirigam: z ēptum ad hoc nō ē sacramen/ tum sed sacramentale: sicut torneamen/ tum in quo milites assuescūt nō ē bellū. Tertio fuit institutū ad nūciandū ba/ ptismū xpi: manifestando auctorem scz xpm z preparando materiā scz aquas. Iohānis decimo. vt manifestet' in israel Propterea veni ego in aqua baptizans Et illo actu baptizandi ɔtul't christus aquis vim regeneratiuā cum tactu car/ nis sue mundissime. Concedendū ē igi/ tur q baptismus iohannis erat institu/ tus ad significandū z nō ad efficienduz gratiā: quia nō purgabat pctā sed erat institut⁹ ad significandū: assuefaciendū z nūciandū baptisma xpi.

Sexto queritur de vsu

baptismi iohannis siue de efficacia eius Utrū baptismus iohānis cum imposi/ tione manuū equipollēs esset baptismo christi. ¶ Notandū q apostoli xpi post q̄ baptizauerant homines imponebāt man⁹ sup illos p modū confirmationis in signū q recipiebāt spiritūsanctū: z sic ē questio. Posito q aliqui fuissent bap/ tismo iohannis baptizati: vtrum suffice ret postea q apostoli imponerēt manus sup illos: ita q nō essent iterū rebaptizā di. vel vtz requirebat' q iterū tenerent' rebaptizari baptismo xpi. ¶ Rñ. Oēs illi qui erāt baptizati baptismo iohan/ nis: rebaptisandi erāt baptismo xpi Et ibi errauit magister qui dicit q baptisa ti a iohāne qui habebāt trinitatꝫ fidem nō erāt rebaptisandi baptismo xpi: sed sufficiebat manuū impositio per aplos xpi: z in hoc nō tenet' mgr Unde Augu stin⁹ Baptisauit Judas: z rebaptisatū nō ē: baptisauit iohes z rebaptisatum ē Itē legi' Actuū. xix. q Paulus rebapti sauit baptisatos baptismo iohannis. i.

Circa terciam distinctionē querit̄ primo: quid sit baptismꝰ ꝓm suā eēntiā Utrum aqua vel intinctio in aquā. ¶ Baptismꝰ ē ablutio hoīs viatoris aliqliter ꝯsentientis vel nunq̄ʒ vsus libero arbitrio facta in aqua elemētari fluida: ab alio sil̄ abluente ⁊ proferente certa verba a xp̄o instituta cū intentiōe faciendi qđ intendit ecclīa xp̄iana facer̄ Primo dr̄ ē lotio vel ablutio: que q̄dem ꝯtactus ē aque fluide libere se ꝯtingētis .i. cutē sine impedimento: ⁊ sepantis int̄ cutem ⁊ ad corpus: sic q̄ imediate tāgat ¶ Correlariū. Aqua imbibita spongie sic scʒ q̄ ꝯtingat corpus pueri p̄cise mediante spongia: puer non ē baptizatus: q̄uis tangat̄ cū illa spongia nisi exp̄matur ab illa spongia. ¶ Scd̄m correlariū Si puer inuolueret̄ corio aliq̄ ⁊ mergeretur in aqua: sic q̄ nō tangeret corpus pueri nō esset baptizatus: q̄r nō ablueretur. ¶ Tertiū existens in vtero matris ꝓm oēs suas ptes nō pōt baptizari: ⁊ sic baptismus mulieris cū fit: sufficit ꝑ puero baptizādo: ⁊ qñ dr̄ ē ablutio: ē predicatio fundamentalis ⁊ non formalis sic̄ ibi. Nomen ē vox in logica. Dicit̄ hoīs viatoris ad differentiā angelorʒ: demonū ⁊ brutorʒ: q̄r ē sacr̄m militantis ecclīe ⁊ ad d̄riam illorʒ qui sunt extra viā. Dicitur aliqual̄r: qđ ponit̄ ad d̄riam adultorʒ: qui debēt venire cū deuotiōe ⁊ displicentia de vita veteri. Et dr̄ aliqual̄r v̄l h̄ntualiter v̄l actual̄r: ⁊ h̄ ꝯ̄ Pe. d alia co q̄ dicit q̄ sufficit q̄ adultꝰ nō dissentiat sed nunq̄ʒ pro pueris. Quinto dicit̄ vel nunq̄ʒ vsus ⁊c̄. Dicit̄ facta in aqua: ad d̄riam vini ⁊ aque artificial̄. Fluida q̄r si esset in spongia niue vel glacie non essʒ baptismus. Dicit̄ ab alio scʒ homīe viatore: ⁊ ibi exprimit̄ idoneꝰ minister. Ideo si angelus malus baptizaret aliquē de lege cōmuni nō eēt censendus baptizatus: nec esset sibi credendū. Si tñ bonus angelus vel aliquis sanctus baptizaret. nō esset iterʒ baptizādus. Dicitur certa verba a xp̄o ⁊c̄. Ex hoc sequit̄ q̄ si aliquis esset mancus ⁊ alter mutus ⁊ vnus diceret verba: ⁊ alter ablueret: nihil facerēt. Hec autē sūt verba. Ego baptizo te ī noīe p̄ris ⁊ filij ⁊ spūssancti amen. i. ita fiat. Et ibi sunt q̄nq̄ʒ vt prʒ p̄mū tñ ⁊ vltimū scʒ ego ⁊ amen: nō sunt de necessitate tñ omittens scient̄ v̄l per ignorantiā peccat. Ideo aliqua sunt de necessitate sacr̄i: ⁊ aliq̄ de necessitate ministri vt melius infra videbit̄. ¶ Propositio. Oīs hō cuiuscunq̄ʒ secte intēdens facere qđ ecclīa facit ⁊ intēdit facere cū ꝯditiōibꝫ requisitis vere baptizat. Baptismus autē ꝓm mgr̄m in p̄nti distinctione sic describit̄ Est intinctio. i. ablutio corporis exterior fcā sb̄ forma v̄borʒ p̄scripta. Et iō diffinitio baptismi supiꝰ posita nō ē nisi declaratiua istiꝰ diffinitiōis magistri. Hugo aūt sic diffinit. Est aq̄ abluendis criminibꝰ sctificata. tñ mgr̄ melius diffinit: licet btūs Bonauentura bat magis ad istā ꝓm Scotum ⁊ modernos. ¶ Nota solutionē vltimi argumenti vbi ponunt̄ quattuor diffinitiones et quattuor acceptiones.

Querit̄ secundo Utrū expressio verbi vocalis sit de integritate baptismi. ¶ Rñ. Necesse ē exp̄mi v̄buʒ vocale: q̄r deꝰ ꝯtulit vim verbo. Unde sine v̄bo nulliꝰ ē efficacie. Rō aūt quare deꝰ voluit exprimi ē ꝑfecta fidei professio vt sit in facto ⁊ verbo. Et etiaʒ ꝑfecta signatio q̄r cū ꝑacta ē regeneratio ꝑ verbū incarnatū: ⁊ v̄bum incarnatuʒ optime signat̄ ꝑ v̄bum voce inductum Ideo voluit ⁊ instituit q̄ eēt ibi verbuʒ vocale.

Tertio queritur vtrum ad cōpletū ⁊ integrʒ esse baptismi sit necessaria fides alicuꝰ articuli. Articulꝰ (vt habitū ē in tertio. distincti. d̄c. xxiiij)

Circa diſtinctionem quindecimam queritur primo. Utrum poſſibile ſit deo reconciliari per ſatiſfactionem. ¶ Notādum ꝙ ſatiſfactio capitur dupliciter. Uno modo generaliter ꝛ communiter ꝛ eſt redditio voluntaria equalentis alias indebiti. Ibi redditio ponit̄ ad dr̄iam donatiōis volūtarie:volūtaria ponit̄ ad dr̄iam redditōis inuolūtarie:q̄ ppꝛie nō eſt ſatiſfactio:tā in actu exteriori q̄ īteriori. Satiſfactio aūt ppꝛie capta eſt opatio exterior laborioſa vel penalis volūtarie aſſumpta ad puniēdū pctīm a ſe cōmiſſum:ꝛ h̄ ad placādū diuinā offenſam. Opatio exterior ponit̄ ad dr̄iam ſatiſfactiōis large capte q̄ pōt in opatiōe interiori fieri. Laborioſa vel penalis. In h̄ cōtinent̄ tres opatiōes.ſ.ieiuniū:orō ꝛ elemoſyna. In hijs trib9 ſatiſfacimꝰ deo Uñ p ieiuniū itelligunt̄ oēs pegrinatiōes:maceratiōes carnis:ꝛ cetere afflictiōes. ¶ Pria ppō Xpūs p paſſionē ſuam ꝛ mortē ſatiſfecerit

p peccatis nr̃is satisfactiõe large capta: no tamen satisfecit satisfactiõe ppria capta. ¶ Scḋa ppõ Nullus põt satisfacere satisfactiõe ppria dicta p alio lz possit satisfactiõe large capta. ¶ Tertia Brã virgo nõ potuit satisfacere satisfactione proprie capta: qz nũq̃ habuit peccatuz. ¶ Quarta ppõ Demones nõ pñt satisfacere: nec satisfactione large nec ppꝛie capta: qz inuite z nõ voluntarie sustinẽt penam: ideo nõ satisfaciũt: sed satispatiuntur. ¶ Responsio. De omni eo qḋ est in pctõ nõ est satisfactio: qm̃ hoc est impossibile. Unde z deus nõ exigit satisfactionem de omni eo qḋ est in culpa: sz aliqd condonat per misericordiaz: z de aliquo requirit satisfactionem p iusticiam vt simul sit hic misericordia z iusticia.

Secũdo querit. Utrũ

sit possibile deo satisfacere de vno peccato sine alio. ¶ Notandum q dupler est satisfactio ppꝛie dicta. Quedam est recõciliatiua: qua quis satisfacit deo ex deuotiõe z in gratia z vocat ab aliquibz satisfactio meritoria. Alia ẽ satisfactio solutiua pene: z est qui fit in peccato mortali. Et lz sit solutiua pene z satisfaciat deo q̃tum ad penam: tñ nõ est meritoria ¶ Respondet q si satisfacere capiat pro penitere: ita q peniteat de vno pctõ z nõ de alio: sed illud reseruet nõ confitendo tunc notũ est q nõ satisfacit. Unde Augustinus impium est a deo dimidiaz sperare veniaz. Item Gregorius in omelia Qui sic alia plangit vt alia ꝯmittat: penitẽtiã agere aut ignorat aut dissimulat Si autem capiat satisfacere put est penitentiam iniunctam implere. tũc põt satisfacere de vno peccato sine alio: vt si fuerit iniunctũ penitenti q pro peccato superbie dicat septem psalmos z vacet orationi: pro peccato luxurie ieiunet z p peccato auaricie det elemosynam: tunc põt satisfacere de vno peccato (scz luxurie) sine alio: qz non tenetur satisfacere p omnibus simul z semel.

Tertio queritur. Utrũ

extra charitatẽ abstinẽtẽ a peccatis: possit ... satisfacere. ¶ Responsio. Homo q̃diu est in peccato (sm̃ Bonauenturam) nõ potest satisfacere: sed requiritur q pniam iniunctam sibi faciat in gratia et sine peccato mortali. Sz moderni doctores: z Scotus dicũt q homo existẽs in peccato mortali potest satisfacere: nõ tamen meretur.

Quarto querit. Utrũ

opera satisfactoria facta extra charitatẽ reuiuiscãt siue viuificent adueniẽte charitate: z debeãt in sorte cõputari. ¶ Notandum q dñt opa humana z opera hominis. Opera enim humana nõ sunt cõmunia hominibus et bestijs sicut orare deũ z diligere primũ. Opa þo hoĩs sũt cõia bestijs et hoĩbz: sicut dormire: bibere z comedere. Notãdũ eẽ q q̃druplicia sũt opa hũana. s. viua mortua mortificata z mortifera put hẽt dist. xxiij. tertij. q. iij. Ulteriꝰ sunt quedã opa viuificata z sũt illa opa q̃ aliqñ fuerũt mortificata p peccatũ: sz adueniẽte grã viuificant. ¶ Notãdũ insup q sors capit multis modis. Prio mõ p euẽtu vel p aliq̃ fortuna: ps. xxi. z sup veste meã miserũt sortẽ. Scḋo mõ capit p sortilegio. Tertio mõ p diuinatiõe. Quarto mõ capit p pte vt portione alicuiꝰ hereditatis. Quito capit p capitali. Nã capitale põt capi p tota sũma pecũie. Põt etiã capitale capi p capitali pena: etiã p capitali sñia pene. Et capit sors in pñti q̃one metaphoꝛice p capitali pena: vt si det pniaz alicui ieiuniũ q̃tuor dierũ: totũ illud ieiuniũ vocat sors: z q̃libet dies vocatur pars sortis. ¶ Respondetur ad questionem q opera satisfactoria facta extra charitatez z in pctõ mortali adueniente gratia nõ reuiuiscũt quantum ad collatiõem glie: scz ad vitã eternã sz reuiuiscũt z viuificant q̃tũ ad remissionẽ pene z dñt in sortez cõputari

q: principalis effectus penitentie est sa/tisfacere pro pctõ et euitare penam infli/ctam pro peccato.

Quito querit (suppo/sito q per opa facta extra charitatez nõ fiat satisfactio nec viuificent) Utrum homo per ea mereatur aliquid. ¶ Notãdum q sm Scotũ (sicut dictũ est in questione precedenti) ista questio presuppo/nit vnum falsum: q: sm Scotum et mo/dernos doctores p opa facta extra cha/ritatem fit satisfactio: et viuificant cgruũ ad remissionẽ pene Notandum etiam q triplex est meritũ scz de cgruo: de digno et de cõdigno. Meritũ de cgruo est quãdo peccator facit qd est in se et pro se: ipso semper remanente in peccato. Meritum vero de digno est quando aliquis iustus et in gratia existens orat: vel aliquid bonum operatur pro existente in peccato: et istud est melius q primuz. Meritum autem de condigno est quando aliquis existens in gratia orat: vl' aliquod opus bonum operatur pro seipso et istud meritum est optimum. ¶ Responsio Peccator apud deum nihil meretur de condi/gno: sed tamen mereri potest de cgruo. peccator aliquando facit bonum opus in genere propter vanam gloriaz: ex hoc opere non meretur mercedem: sed penaz quia procedit ex contumelia. Aliquan/do autem facit opus bonum ad dei gloriam: et propter amorem dei quem habz et hoc non potest esse sine aliqua gratia gratisdata: que disponit de congruo ad gratiam gratũfacientem quam deus ac/ceptat: et ex hoc meretur de congruo: q: facienti quod in se est: nunq deus defi/cit. Etiam nullum malum impunitum: et nullum bonum irrenumeratum.

Sexto querit. Utrum bona opera facta extra charitatem valeant ad tollerabiliorem penam. Hoc est supposito q nõ remunerentur in hoc mũdo. Utrum valeant ad tollerabiliorem penam infernalem. Notãdũ q opera facta extra charitatẽ valẽt ad sex. Prio ad tpaliũ multiplicationẽ Esaie. i. Si vo/lueritis et audieritis me bona terre come/detis. Scdo ad tẽpalis pene diminutionem. iij. Regũ. xxi. Nõne vidisti achab corã me humiliatũ. iccirco nõ inducã etc. Tertio ad grẽ impetrationẽ: sicut raab inuenit grãm pter opera q nũcijs fecit Josue. vi. Quarto ad bone vite assuefa/ctionẽ Trenoz. iij. Bonuz est viro cum portauerit iugum ab adolescẽtia sua. Quinto ad peccati resistentiam: q: pec/catũ trahit suo pondere ad aliud. Eccl. iij. Ignez ardentẽ extinguit aqua: et ele/mosyna resistit pctõ. Sexto valet ad tol/lerabiliorem penam eternã: nõ q: dimi/nuant penã que est in inferno: sed valent ad tollerabiliorem penã ex cõsequẽti: q: nisi fecissent illa bona: maiora pctã cõmi/sissent: et cũ maiori cõcupiscẽtia: q: bona opera diminuũt cõcupiscentiam. Et sic pz q illa bona opera valẽt ad tollerabi/liorem penam.

Septio querit quid sit satisfactio. Un Aug. sic eam describit. Satisfacere est pctõz causas excidere: et earum suggestionibus aditũ nõ indulgere Et ptinet ista descriptio seu notificatio tria. Prio cõtinet q satisfactio semp re/spicit pctm: et est sp p pctõ. Un q non hz pctm nõ põt satisfacere. Scdo ptinet satisfactio emẽdã pntẽ de pctis cõmissis: et hoc tangit cũ dr Satisfacere est pctõz causas excidere. id est remouere p dolo/rem. Tertio satisfactio ptinet firmũ p/positũ de futuro et hoc tãgit cũ dr: et eoz suggestionibus aditũ nõ indulgere. Item Anshelmus Satisfacere est honorẽ de/bitũ deo ĩpẽdere supple: pro pctõ nã illa diffinitio Augu. respicit recessũ a malo Ista vo anshelmi respic accessũ ad bonũ

Octauo querit cui sit

facienda satisfactio. ¶ Rñdet breuiter: ꝙ satisfactio pncipaliter fit deo: qꝛ deꝰ iniuriatur per culpā: qꝛ pctm̄ est spreto incōmutabili bono rebus cōmutabilibꝰ adherere. Hec Augusti. Uide textum.

Nono queritur per qualia opera debeat fieri satisfactio. ¶ Rñsio Satisfactio dꝫ fieri per opera penalia ꝛ laboriosa. Et hoc propt quattuor que plixe habentur in textu.

Decio querit per que opera contingat satisfacere. ¶ Notādū ꝙ tria sunt per que debemus satisfacere scꝫ per oratione ieiunium ꝛ elemosynā: ¶ Notandum etiā ꝙ ieiuniū capit duobus modis. Primo modo ieiuniū dicit quoddā intestinuꝫ tenue in quo nihil retinetur: sed est semper vacuū: ꝛ de isto nō est questio. Scdo modo ieiuniū dicitur abstinētia a cibis vel vicijs. Et istud est duplex. Quoddā est spūale ꝛ illd est abstinētia a quolibet pctō mortali: ꝛ de isto ieiunio quilibet viator tenetur ieiunare ad semper ꝛ pro semper. Et istud ieiunium est necessariū ad saluteꝫ. In ista parua descriptione sunt due particule. Prima est abstinētia: et ponitur loco generis. Secunda particula a quolibet peccato mortali. Ex quo sequit ꝙ quilibet viator tenetur semper ieiunare isto ieiunio: vt dictū est: ꝛ istud est principale ieiuniū: ꝛ de isto ieiunio nō est hec questio. Aliud est ieiunium corporale et sic diffinitur a dionisio. Jeiunium est parsymonia victus abstinentiaqꝫ ciborꝫ. In qua due ponūtur particule: sed secūda exponit primam. Et istud ieiuniū corporale non est necessarium ad salutem nec obligat ad semper nec pro semp. Unde possibile ē ꝙ hō nūqꝫ ieiunet corpaliter seu ieiunio corpali: tm̄ nō est trāsgressor pcepti eccl'ie pꝫ qꝛ non tenet ad sp. Scdo qꝛ possibile est aliquē esse constitutū in tali necessitate corpali vel ex infirmitate ꝙ non poterit ieiunare: ꝛ lex diuina nō obligat ad ipossibile. Et de isto ieiunio corporali est hic questio. Notādū igitur ꝙ triplex est ieiunium corporale. Quoddam est ieiunium nature: ꝛ est quādo aliquis est ieiunus: qꝛ illa die non comedit est autē istud ieiuniū necessariū volenti celebrare. Aliud est ieiuniū virtutis: ꝛ ē actus abstinentie virtutis regulatus fm dictamē recte rationis: vt ille qui sobrie comedit: ꝛ de istis nō ē questio. Tertiuꝫ est ieiuniū eccl'ie: qđ institutuꝫ est ad macerandum carnem pro peccatis: ꝛ est afflictio carnis fm gustuꝫ et de isto est hic questio. ¶ Notanduꝫ insuper ꝙ triplex est oratio scilꝫ logica rhetorica ꝛ de istis nō est q̄stio. Tertia vero est oratio theologicalis ꝛ fm theologos est piꝰ ꝛ humilis affectus mentis in deū directus. Ibi affectus ponitur loco generis: qꝛ proprie oratio stat in affectione. Dicitur pius. Unde ille pie orat qui deuꝫ perfecte diligit. Mentis ibi tangitur subiectum: ꝛ dicitur mens ab emineo: es. Unde oratio stat in pte intellectuali ꝛ nō sensitiua In deum directus: ibi tangitur obiectū scilicet deus. Pro tertio termino (qui est elemosynam) ¶ Notanduꝫ ꝙ triplex est elemosyna scilicet in corde: i ore: ꝛ in opere. Elemosyna in corde est misericordia in corde compatiendo proximo: et dicitur ab elemon quod est misericordia: et sina: quod est mandatum: quasi mandatum misericordie. Sꝫ elemosyna in ore est ad consolandum verbis proximum. Elemosyna vero in opere fit subueniendo proximo in necessitate. Et sic diffinitur est opus quo datur quid indigēti: ꝑ compassionem ꝛ propter deum. Une elemosyna potest fieri triplici bono fine. Uno mō ex naturali pietate: ꝛ ista ē in aīalibus brutis: ꝛ iste finis ē bonus. Secūdo mō ex iusticie virtute: qꝛ iustū ē subuenire populo christiano: et iste finis est melior. Tertio mō potest fieri ex amore dei ꝛ iste finis est optimus. Finaliter sci

endū q duplex ē elemosyna. quedā ē elemosyna corpal: et est septuplex. Unde versus Visito poto: cibo: redimo: colligo: vestio condo: Visito scz infirmos: poto sitientes: cibo esurientes: redimo incarceratos: colligo errantes: vestio nudos: et condo: id est sepelio mortuos. Alia est elemosyna spiritualis: et illa similiter est septuplex. Unde versus. Consule castiga: solare: remitte: fer: ora: et hijs additur compassio. Consule: id est doce ignorantem: castiga delinquentes: solare: id est consolare tristem: remitte delinquentibus in te: fer id est porta infirmitates aliorum: ora pro proximo. ¶ Responsio ad questionem. Contingit satisfacere per ieiunium orationem et elemosynam: et omnes alij boni actus reducuntur ad istos tres. Unde prime epistole Johannis secūdo. Omne quod est in mundo aut est concupiscē tia carnis: contra quā est ieiuniū: aut est concupiscētia oculorum scz auaricia contra quā est elemosyna: aut est superbia vite contra quam est oratio.

Undecimo queritur de

quibus debet fieri elemosyna. ¶ Dicendum q debet fieri de bonis proprijs: iuste acquisitis et necessarijs: supple sm cōmunem vsum viuendi. Unde sm Scotum Nullus potest dare pecuniam fratribus minoribus. ¶ Correlarium Fratres minores non possunt facere elemosynam: quia nihil habent proprium.

¶ Secundum correlarium Aleatores et vsurarij nō possunt facere elemosynā de male acquisitis: sed potius tenentur reddere q̄ dare.

Duodecimo queritur.

Utrum ieiunio contingat satisfacere.

¶ Responsio Jeiunium est opus satisfactorium: sm q ipse dominus dicit Mathei. xvij. Hoc genus demoniorum non eijcitur nisi in oratione et ieiunio. ¶ Notandum q ieiunium valet ad quattuor. Primo vt corpus spiritui non repugnet contumaciter. Prouerbiorū. xxix. Qui delicate a puericia nutrit seruum suum sentiet illum contumacem seruum: id est corpus. Secundo valet vt corpus spiritui: totaliter subijciatur. Prime corintheorum nono. Castigo corpus meum: et in seruitutem redigo etc. Tertio valet vt corpus non crucietur eternaliter Ecci. secundo. Est qui multa redimat modico precio: et Ezechielis quarto. Diem pro anno dedi tibi. Quarto vt corpus glorificetur eternaliter: secunde corintheorum quarto. Id enim quod in presenti est momentaneum et leue tribulationis nostre supra modum in sublimitate eternum glorie pondus operatur in nobis.

Tredecimo queritur.

Utrum contingat satisfacere oratione. Et cum duplex sit oratio scilicz vocalis et mentalis queritur que magis sit satisfactoria. ¶ Notandum q triplex est oratio: quedam est pure mentalis: quādo labia non mouentur sed cor ad deum loquitur. Alia est pure vocalis et est quando hō nihil cogitat: nec in gn̄ali nec in spāli ita q nō referat ad sensum vborum vl ad finē intētionem: sed cū orat fabricat castra et sic mentalis excēdit simpliciter vocalem et paruum valet. Alia est mixta in qua scilicet orat mentaliter et vocaliter: et de ista est distinguendum: quia aut verba illa impediunt affectum: quia scilicet sic inflammatus est q verba impediunt affectum cordis: tunc oratio mentalis est melior et vtilior. Si autem verba vniantur: ita q nō impediāt: tūc vtilior est vocalis: et multi sunt tales: et maxime illi q nō sunt spirituales: ad quorum affectus puocādos institute sunt vocales orōnes. Si qrat q̄ oratio sit satisfactoria. ¶ Rn̄sio Credo q ois orō sit satisfactoria. qz nulla est in q nō laborēt vires aīales: et quā

tum delectatur spiritus tamen caro frequenter ta/
bescit. Firmiter autem teneo quod illa inter ce
teras est satisfactoria: in qua accedit bo
ad gemitum Grego. Amores in compun/
ctione gemitus: non ornata verba resona
re. Mathi. vi. Orantes nolite multum
loqui: sicut ethnici faciunt. ¶ Regula
Omnis oratio vocalis requirit orationem
mentalem: sed non econverso apud deum enim
non est agendum verbis: sed affectibus.

Ultimo queritur. Utrum
restitutio sit pars satisfactionis. ¶ Notan/
dum quod restitutio est redditio alicui rei
bone et vtilis: que fuit iniuste ablata vel
iniuste detenta. ¶ Responsio Restitutio non
est pars satisfactionis: sed fundamentum
Pro quo sciendum quod quedam requiruntur
ad penitentiam siue satisfactionem vt funda
menta et talia sunt peccati dimissio: et aliene
rei restitutio. Et ista restitutio non potest
imponi a sacerdote pro penitentia et satisfacti
one: quia iam obligatur ex lege diuina. Que
dam requiruntur vt expedientia: vt vita
re prauam societatem. Quedam vt satisfa/
ctoria: vt ieiunium et elemosyna. Alia sunt
perficientia: vt sunt opera supererogatio/
nis. Et ista non sunt necessaria Luce. x.
Quodcunque supererogaueris reddam ti
bi. Ex quo sequitur quod non sunt necessa/
ria nisi de congruo.

Circa distinctio/
nem sedecimam queritur de
contritione: et primo quantum ad
quidditatem. Unde magistri di/
cunt quod contritio est dolor voluntarie pro
peccatis assumptus. Scotus dicit Contri
tio est detestatio seu displicentia peccatorum
a se commissorum: libere elicita a voluntate ad
placandam diuinam offensam. ¶ Ad questionem
respondetur quod sicut peccatum perpetratur per co/
sensum sic econtra deletur et destruitur per
dissensum voluntatis rationalis. Et quia
dissensus ab ea re quam impossibile est non
esse generat dolorem sicut dicit Augu/
stinus. Ideo dicendum quod contritio est do
lor per essentiam. Sed attendendum quod
dolor dicitur dupliciter. Uno modo est
ipse dissensus voluntatis. Alio modo est
passio resultans ex illo dissensu: per quem
prorumpit homo in lachrymas: et ille dis
sensus est de essentia contritionis: sed illa
passio est effectus eius. Notandum etiam
quod aliquis potest habere displicentiam de
peccato a se commisso dupliciter. Uno modo
ipso existente adhuc in peccato et vocatur
attritio: et est actus informis: quia non fit in
gratia licet sit bonus: quia est necessarius ad
salutem. Alio modo aliquis potest ha/
bere displicentiam ipso existente in gra/
tia: scilicet post confessionem: et vocatur
contritio. Demum notandum quod ad ve/
ram contritionem quattuor requirun/
tur. Primo requiritur displicentia de pec
catis a se commissis. Secundo dolor qui
concomittatur illam displicentiam. Ter/
tio pudor de peccatis non de confitendo
ipsa peccata. Quarto sequitur gaudium
de contritione quam habet.

Secundo queritur. vtrum
contritio sit in genere moris: id est sit actus
virtutis. ¶ Responsio Contritio est actus
virtutis moralis scilicet iustitie: quia pertinet
net iustitie detestare peccatum: et est mo/
tus specialis virtutis scilicet patientie.

Tertio queritur de con
tritione quo ad quantitatem. Utrum ne
cesse sit dolorem contritionis esse maxi/
mum. ¶ Notandum quod dolor potest dici
dupliciter maximus: et sic dicendum est
de omni superlatiuo. Uno modo positi
ue affirmatiue: et tunc est sensus dolor con/
tritionis est magnus et omni alio maior
Alio modo negatiue: et est sensus. Dolor
contritionis est magnus et nullus est eo
maior. ¶ Responsio ad questionem Dolor po
test dici displicentia de peccato: et est dissen/
sus voluntatis. Uel potest dici passio ex
hoc resultans: per quam prorumpit homo ad lachrymas

mas. Si ꝫ accipiat̄ dolor hoc scḋo mo/do. Dicendū ē ꝙ nō ē necesse magis do/lere de pctō ꝙ̄ de damno tpali: nec etiã necesse ē dolere: q2 nō ē in ptāte cuiusli/bet: tamen ꝙ aliquis magis doleat de pctō ꝙ̄ de aliquo damno: ē perfectionis & ɔgruū: non tamen necessariuz. Si au/tē dolor accipiat̄ pmo mō sc3 p dissensu voluntatis. Dicendū ē ꝙ sicut habens charitatē debet diligere sup omia. s. ꝙ p nullo dāno vel cōmodo velit offendere deū: sic intelligendū ē de displicentia cō tritionis: q2 sic debet hō detestari pctm̄ cōmissum ꝙ p nulla re mundi debuisset illud cōmisisse.

Quarto querit̄. Utrū

possibile sit in dolore cōtritionis cadere excessum. i. ꝙ cōtritio sit nimia. ¶ Re/solutio stat in trib9 dictis & ī vna distin/ctione que talis ē. Contritio capit̄ du/pliciter. Uno modo vt ē dolor, put ē dis/plicentia volūtatis rōnalis. Alio modo vt ē dolor & passio redūdans in sensuali/tatem. ¶ Primū3 dictū. Contritio put est displicentia de pctō cōmisso pōt esse nimia: quia sicut nemo pt nimis amare deū: ita nemi pōt nimis displicere pctm̄ q2 ē ɔtra deū. ¶ Scḋm dictū. Cōtritio vt ē passio redundans in sensualitatem: vix aut nunꝙ̄ ē nimia. ¶ Tertiū dictu3 Posset esse tantus dolor in pte sensitiua ꝙ nemo posset sufferre nisi abbreuiando vitā suā.

Quinto queritur Utrū

cōtritio sit mot9 instantane9 vel successi uus. ¶ Rñsio. Possum9 loqui de cōtri/tione tripl'r. sc3 quantū ad durationem ꝙ̄tū adesse: & ꝙ̄tū ad suū fieri. Tunc dr ꝙ ɔtritio ꝙ̄tum ad duratione ē successi/ua. Unde ꝙ̄diu hō viuit semp debet cō tritionē querere & habere de pctis (si re/cordatur saltem) ꝙ̄tum ad suum fieri. Quandocunꝙ enim habet recordatio/nem de pctis ɔmissis debet habere ɔtri/tionē & dolere de illis. Contritio autem ꝙ̄tum ad suum esse ē substātanea: quia ɔtritio ē actus pmanens.

Sexto queritur vtrum

homo debeat semp conteri ¶ Rñdetur ꝙ (sicut dicit Hugo) Cum deus absol uit hominē a culpa: ligat eū vinculo per petue detestatiōis: tenet̄ eū semp malū quod fecit detestari. Sed q2 detestatio talis est pcepti affirmatiui quod semp obligat sed nō ad semp. Ideo dico ꝙ te netur cōteri sed nō ad semp: sed p loco & tpe: vic3 cum recogitat pctā sua in qui/bus offendit deū.

Septio queritur. vtrū

cōtritio possit intendi ¶ Notandum ꝙ intentio potest capi quinꝙ modis: sicut prolixe dictū ē distinctiōe sexta. questio ne. xiiij. tertiꝫ hui9. Sed hic capit̄ inten/tio pro omni mutatiōe augmētatiua: vt pfectiua & intensiua: fm quā aliqua for/ma pficit̄: suscipiendo plures grad9: vt calor in igne dicit̄ augmentari & minui. ¶ Responsio. Contritio potest inten/di. Unde sicut certum est charitatē au/geri: ita & penitentiā: ac per hoc contri/tionem augeri & intendi.

Octauo querit̄ Utrū3

per contritionē plus vel intensius opor teat cōteri de vno pctō ꝙ̄ de alio ¶ Re spondetur ꝙ de contritione possum9 lo qui dupliciter. Uno modo vt est deleti/ua culpe. Alio modo vt ē deletiua pene Si loquamur de contritione vt est dele tiua culpe: sic operatur in instanti cōtra omne pctm̄ cōmissum: sed in actu nō po test habere ordinem respectu specialiu3 pctōrum: igitur contritio ꝙ̄tum ad de/letionem culpe non intenditur plus vel minus. Si autem loquamur de contri/tione vt est deletiua pene: tunc oportet conteri per contritionem plus vel inten sius fm qḋ peccatū ē magnum vel grauē.

Nono queritur Utrum sit necesse penitere z dolere pro originali pctō. Rñsio. De originali pctō possumus loqui dupl'r. scz cōmuniter z spēaliter. Si cōmuniter vt ē in omnibus. sic ad eius deletionē nō requiritur aliquis actus ex parte illius in quo est vt ptz in puulis. Si autē loquamur spēalit' quātum ad adultos: hoc potest eē dupliciter aut tales adulti se habere nesciūt: z tūc nō oportet q aliquis actus detestatiōis interueniat nec tenenf penitere. Aut tales adulti sciunt se habere pctm originale: tunc cōgruum ē q sibi displiceat: quia est ꝯ deū: tamē nō ē necessariū penitere.

Decimo queritur vtrū adultū accedentē ad baptismū cū actuali (sicut patet de iudeo existēte in pctō mortali accedente ad baptismū) necesse sit ante sacramentū penitentie accipere q̄ baptismi. ¶ Rñsio. Penitentia capit' dupliciter vno modo vt ē virtus cuius actus ē cōtritio: z tunc necesse ē q precedat baptismū in adulto qui habz actuale pctm. Nemo enim inchoare pōt nouam vitā nisi eū peniteat veteris vite. Alio modo capif penitentia vt ē sacramentū fm qd homo ꝯfitetur vt recipiat absolutionē: tunc non ē necesse p̄cedere sed de ꝯgruo potest. Fit enim ꝯfessio sacerdoti propter tria. Primo vt homo erubescat. Secūdo vt pctā sua recognoscat. Tertio vt de eoz remissione deo ingratus non existat: z q̄tum ad hoc congruum ē sed non necesse: nec debet sequi absolutio nec ligatio: qz oīno absoluif in baptismo, igitur penitentia q̄tuz ad ꝯtritionē precedit necessario: q̄tū ad cōfessionē: de ꝯgruo z quātum ad absolutionē z satisfactionē neutro modo.

Undecio querif de penitentia post baptismū. Utrū de mortalibus per ignorantiaz ꝯmissis necesse sit penitere. ¶ Rñdetur q penitere de aliquo est dupliciter scz in generali z in speciali. In generali quādo homo dolet generaliter de omni offensa dei quā sibi fecit. In speciali autē quando dolet de hac vel illa. Dicendū ē ergo q de pctis ꝯmissis p ignorantiā debet penitere i generali z dicere cū propheta. Delicta iuuentutis mee z ignorantias meas. zc. In speciali vero nō tenef penitere sz tenetur facere qd in se est vt sciat z peccata recognoscat. Cōmittūf enim pctā dupliciter. Uno modo per ignorantiā iuris: z tunc cognito iure scit hō se peccasse vtputa qui fornicat' ē: ignorans illud esse pctm tūc debet penitere postea. Secūdo mō ꝯmittunf pctā per ignorantiā facti: diligentia debita non adhibita. et tunc quādo cognoscuntur domino reuelante debet penitere: vt si hō proijciēdo lapidem: ipo nesciente occideret hominem: tunc ex quo nō facit prius diligentiā respiciendi ante proiectionē lapidis tenef orare: vt dñs reuelet z parcat ei.

Duodecimo queritur. Utrū de pctis scienf ꝯmissis z postmodum oblitis teneaf homo cōteri an possit de talibus sine penitentia saluari. ¶ Rñdetur q oblitus: aut ē oblit' omnino ita q nō recordatur nec in generali nec in speciali: aut oblitus est tm in speciali sed tamen in generali recordatur. Si oblitus est in speciali solum vt quādo scit bene se ꝯmisisse aliquod pctm in tali tempore: sed tamen non potest bene discernere quale fuit: tunc tenetur in generali de negligentia sua. Si autem sit oblitus in generali z i speciali: adhuc tenetur penitere: quia debet hō probabiliter credere q in multis offendit quoz nō recordatur: et sic ex illa estimatione doleat: sicut si certus esset tamen debef in omnibus istis adhiberi diligentia.

Tredecimo queritur.

de penitentia venialium. Utrū veniale possit fieri mortale. ¶ Notādū ꝙ pctm̄ veniale sic pōt diffiniri. Pctm̄ veniale ē aliqđ factum dictum vł ꝯcupitum contra monitionē diuinā: cui correspondet ſm leges sapientie diuine punitio solū temporalis pene. ibi ꝯtra monitionē diuinam ponit᷑ ad differentiā pcti mortalis qđ ē ꝯtra legem dei. ¶ Ad questionē rn̄sio. Triplex ē genus pcti venialis. Quoddā enim ē ex surreptione: ⁊ ideo veniale: quia vitari nō potest tunc: tamē multi sunt doctores moderni dicentes ꝙ primi motus nō sunt pctā venialia ſʒ homo in hoc meret᷑ resistendo Aliud est ex cogitatione sine cōsensu: ⁊ iō veniale: quia nō plene ꝯsentit hō in cogitatione Tertium ē veniale cum ratione ⁊ cum ꝯsensu: sed tamen ideo ē veniale. qꝛ non est deordinatio ꝯtra preceptū diuinum vt mendacium iocosum: ⁊ ebrietas. Cū igitur queritur: vtrū veniale fiat mortale: si intelligat ꝙ hec culpa ꝑ essentiam fiat illa nulla est questio: qꝛ hoc est impossibile. Si autē intelligat ꝙ illud qđ alias erat veniale possit fieri mortale, vt mendaciū iocosum ⁊ ebrietas. Dico ꝙ quoddā fit mortale ⁊ quoddam non fit mortale. Primū igitur veniale qđ committit᷑ preter rationem nunꝗ̄ fit seu est mortale pctm̄. Sed secundo modo veniale ꝑ delectationem citra ꝯsensum fit mortale per ꝯsensum: ⁊ ita per complacentiam ſm ꝙ placitum dicitur ꝯsensus vt si aliquis cogitans đ aliqua muliere habeat ꝯplacentiā ⁊ aduertat: tunc illa delectatio deliberata pōt esse mortalis. Tertiū veniale qđ ē per delectationem citra deum qđ fit cū ꝯsensu potest fieri mortale per libidinē magnā sicut mendacium iocosum: vt si aliquis eēt assuefactus cū libidine ⁊ delectatione dicere mendacia iocosa. Augustin⁹. Plura venialia obruūt: nō ꝑ se sed qꝛ disponunt ad libidinē nō dispositione necessitatis: sed ꝑuitatis.

Quartodecimo queritur de penitentia venialiū q̄tū ad necessitatē remedij. vtrū teneat᷑ quis penitere de venialib⁹. ¶ Rn̄det᷑ ꝙ (sicut tactū est) tria sunt gn̄a venialia. Quedā sūt ex surreptione ⁊ de his nō tenemur penitere nisi de ꝯgruo. Quedā sunt ex cogitatiōe sine ꝯsensu quibus si ꝯsentiat᷑ incidit homo in mortale ⁊ đ talib⁹ tenetur homo penitere nō simplicit᷑ sed in casu siue ꝓ loco ⁊ tempore qn̄ recogitat ea ne si ꝯsentiat cadat. Quedā aūt sūt venialia que ꝑ sui multitudinē augent libidinem: sicut illa in quibus est ꝯsensus: sed deordinatio infra deū: ⁊ nō ꝯtra deum sicut mendacia iocosa: ⁊ de talibus tenet᷑ hō penitere ne multiplicent᷑ ⁊ hō ꝑiculo ⁊ discrimini se cōmendet. Sciēdū autē ꝙ penitere nō capit᷑ hic ꝓ ꝯfiteri

Circa distinctionē decimāseptimā q̄rit᷑ primo Utrū ad iustificatoꝫ impij sit necessaria infusio gratie ¶ Notandū ꝙ iustificatio pōt capi tripliciter. Uno mō idē ē ꝙ ad grām ꝑparatio: sic qn̄ aliquis habet attritionē de pctis suis: ⁊ isto mō non intelligit᷑ q̄stio. Alio mō capit᷑ iustificatio vt ē grē infusio. Tertio mō pōt capi iustificatio vt ē in iusticia exercitatio: sic dicim⁹ ꝙ iust⁹ ex fide viuit ¶ Rn̄. Ad iustificatoꝫ ipij ē necessaria grē infusio: qꝛ sic de⁹ de sua mīa ⁊ bonitate decreuit ꝙ qn̄ iustificat impiū etiam dat grām: Ad Roma. iiij. Iustificati ꝑ grām ipius

Secundo querit᷑. vtrū ad iustificationē sit necessari⁹ mot⁹ liberi arbitrij. ¶ Notādū ꝙ liberū arbitriū noīat duo in q̄tū liberū noīat volūtatē in q̄tū aūt arbitriū noīat intellectum. ¶ Rn̄sio. Sicut iustificatio nō ē nisi volentis: sic etiā ad eam deus nō dat nisi volenti: dum sit in statu tali ꝙ consentire

z dissentire possit: ideo ad susceptionem iustificationis in adulto requirit motus liberi arbitrij s[ecundu]m quem consentit gr[ati]a. Un/de Bern. de libero arbitrio. Opus sa/lutis duo requirit. s. deum dantem: z liberu[m] arbitriu[m] recipiens z consentiens. Augu/stinus. Qui creauit te sine te: non salua/bit te sine te. seu no[n] iustificabit te sine te ¶ Notandu[m] q[uod] prim[us] motus per que[m] co[n]sentit homo gratie est motus fidei. Ad Roma. v. Iustificati p[er] fidem glosa. id est motu liberi arbitrij qui est ex fide. Ideo dicit Actuu[m]. xv. Fide purificante corda quia motus fidei primo requirit ad pu/rificatione[m].

Tertio queritur. Utru[m]

ad iustificatione[m] necessaria sit co[n]tritio. ¶ R[espon]sio. Loquendo de iustificatio[n]e p[ro]/ut est infusio gr[ati]e req[ui]runt[ur] q[ua]ttuor ad iu/stificatio[n]e[m] duo a deo. s. expulsio culpe: et infusio gr[ati]e: z duo a nob. s. liberi arbitrij co[m]motio z pc[t]i p[er] [con]tritionem detestatio. Ps. Co[m]mouisti terra[m] z conturbasti eam sana co[n]tritiones q[uia] co[m]mota est. Co[m]moui/sti terra[m]: ibi tangitur motus liberi arbi/trij: quando homo cognoscit se peccasse z per motum fidei credit q[uod] deus pot[est] ei indulgere: co[n]turb[asti] isti ea[m]: ibi tangitur de/testatio pc[t]i per co[n]tritione[m]. Sana co[n]tri/tiones: ibi tangitur expulsio pc[t]i q[ue] fit a deo. quia co[m]mota: ibi tangit[ur] infusio gra/tie: q[uia] p[er] infusione[m] gratie homo ponit[ur] in pace z quiete z remouet[ur] co[m]motio.

Quarto querit[ur] Utrum

ad iustificatione[m] necessaria sit confessio. ¶ Notandum q[uod] duplex est co[n]fessio. s. lau/dis z fraudis. Co[n]fessio laudis est q[ue]dam gloria z iubilatio per qua[m] magnificatur z benedicitur deus cum omni gratiaru[m] actione omnimoda. Psalmista. Confi/temini domino quonia[m] bonus. Confite/bor tibi domine in toto corde meo: z de ista confessione non est questio Co[n]fessio autem fraudis sic potest describi. Est se/creta manifestatio pc[t]o[rum] actualium a se co[m]missoru[m] vocaliter facta sacerdoti iurisdictionem habenti: z hoc propter veniam z absolutionem obtinendam. ¶ Notandu[m] q[uod] confessio diuidit[ur] in voca/lem: mentalem: z cerimonialem. Co[n]fessio vocalis prius est descripta. Co[n]fessio me[n]/talis est quedam postulatio qua aliquis postulat venia[m] de pc[t]is suis. Confessio vero cerimonialis est qua aliquis confi/tetur se peccasse offerendo aliquod sacri/ficium sicut fiebat in lege mosayca. ¶ Ad q[uesti]onem respondet[ur] q[uod] si iustificatio dicatur gratie infusio non est necessaria co[n]fessio. Unde ista quattuor solu[m] sunt necessaria sc[ilicet] gratie infusio: liberi arbi/trij motio: pc[t]i expulsio: z cordis contri/tio. s[ecundu]m enim rectum ordine[m] (sicut pate/bit) Co[n]fessio sequit[ur] t[em]p[or]e z natura co[n]tri/tione[m]. Cum ergo ipsa [con]tritio no[n] sit sine iustificatione nec econuerso: sequit[ur] q[uod] sine [con]fessione iustificatio esse no[n] potest. Ps. Dixi confitebor aduersum me iniustici/am meam domino. i. disposui confiteri pc[t]m meum. Cassiodorus. Magna pie/tas dei q[uod] ad solam p[ro]missione[m] pc[t]m di/mittit. Augustinus super illud ide[m]: Lu/ce clarius [con]stat cordis [con]tritione no[n] oris [con]fessione pc[t]a dimitti. Tamen notan/dum q[uod] [con]fessio est necessaria in facto vel in voto: quia requiritur q[uod] tempore z lo/co penitens intendat confiteri.

Quinto querit[ur] Utrum

infusio gr[ati]e necessario p[re]cedat expulsione[m] culpe. ¶ Notandu[m] q[uod] infusio gr[ati]e potest capi duob[us] modis. Uno mo[do] p[ro] p[ro]ductio[n]e gr[ati]e q[ue] est creatio: q[uia] est de no[n] e[ss]e ad esse. z isto mo[do] p[ro]prie capit[ur] s[ecundu]m Bonauentu. Alio mo[do] capit[ur] p[ro] no[n] e[ss]e vnito ad esse vnitum z ide[m] est q[uod] gratificatio. s. q[uando] gr[ati]a infu[n]ditur in anima. z s[ecundu]m aliquos intelligit[ur] q[ue]stio sic. ¶ Un[de] notandu[m] q[uod] i[n] eode[m] insta[n]ti crea/tur gr[ati]a z infunditur in anima. Et ideo q[ue]stio no[n] intelligitur de prioritate t[em]p[or]is nec p[er]fectio[n]is sed de prioritate nature.

¶ Rñsio. Deus expellit pctm̄ p gratiā sicut sol per radios tenebras. Sic dicitur Actuū. xv. Fide purificās ꝛc. ꝛ h supra monstratū ē. Ideo cū cā p̄cedat effectū infusio grē naturaliter prior ē expulsione pcti. Ambrosius. Queadmodū intrās animā sapientis disciplinā ꝛ iprudentiā tollit: ita pfecta virtus iniquitatē.

Sexto querit. vtrum

expulsio culpe necessario p̄cedat ꝯtriti/onē. ¶ Rñdetur ꝙ (sicut supra dictū ē) cōtritio necessaria ē in ipius grē infusio/nem. Unde ꝛ ꝯtritio p̄cedit pcti expul/sionem natura.

Septio queritur. vtrū

nēc sit ꝙ attritō p̄cedat ipū iustificatōz siue ꝯtritiōz. ¶ Notādū ꝙ attritio ē dis/plicētia d pctis a se cōmissis ante iustifi/cationē. ¶ Ad q̄stionē rñdetur ꝙ fm spe/ciale priuilegiuz potest deus iustificare sine oīm̄ p̄parat ioē: sicut ptz de btō Pau/lo iustificato: in quo nulla p̄cessit prepa/ratio nec ꝯtritio fm legem tm̄ ꝯmunem nō iustificat nisi eos qui se p̄parant: sicut dicitur zacharie. Conuertimini ad me ꝛ ego cōuertar ad vos. Et ideo dicēduz ꝙ attritio p̄cedit impū iustificationem.

Octauo querit Utruz

ꝯfessio necessario sequatur iustificatōez ¶ Responsio. Cōfessio ē instituta sub p̄cepto sicut meli⁹ patebit infra. Et iō posito ꝙ aliquis haberet tantā ꝯtritio/de pctis suis ꝙ iustificaret absq; ꝯfessio/ne tm̄ tenet postea ꝯfiteri: ꝛ si nō cōfitet cadit a iusticia. Sicut eni nullus pōt iu/stificari qui sacrā ꝯtemnit: sic nullus in iusticia pseuerat si post iustificationem ex ꝯtemptu negligeret ꝯfiteri. g ꝯcedē/dum ē ꝙ ꝯfessio p⁹ iustificationem ē ne/cessaria necessitate precepti: tm̄ excusat i/possibilitas.

Nono queritur vtrum

mandatum de ꝯfessione ptineat ad legē nature. h est verū existentes in lege na/ture scz ab Adam vsq; ad legē moysi te/nebantur ꝯfiteri saltē ꝯfessioē mentali. Quid aūt sit ꝯfessio mentalis: vocalis: ꝛ cerimonialis prius dictum ē. ¶ Rñsio Confessio mētalis ē de dictamine iuris naturalis i speciali Un̄ ius naturale in speciali ē quedam regula oībus virtuti/bus ratione iuuata: vt honorare paren/tes. Sic naturaliter cognoscit ꝙ quan/do offenditur deus sibi debet restitutio p cognitionē culpe ꝛ petitionē venie Et sic ptz ꝙ cognitio diuine offense ē de di/ctamine nature adiute p fidem. Quo/modo eīm̄ scit homo se offendere deum quē nō videt nisi p aliquē radium fidei. ¶ Notandū ꝙ duplex ē confessio vocal Quedā ē que fit soli deo qñ homo inter se ꝛ deū vocaliter ꝯfitetur pctā sua. Et isto modo natura dictat ꝯfiteri deo non simpliciter sed in casu: vtputa qñ de⁹ ex/igit sicut exegit ab Adam ꝛ Caym. Alia ē ꝯfessio vocalis que fit homini. Et isto modo natura nō dictat ꝯfiteri homini nisi in generali. Natura eīm̄ dictat ꝙ oi/bus modis oportet deo reconciliari quibus ipe statuit. Un̄ natura dictabat ꝙ si deus arbitriū ꝯstitueret inter se ꝛ pec/catorē ꝙ ipi eēt culpa reuelanda. Notā/dum finaliter ꝙ ꝯfessio valet ad septē. Primo ad pcti cognitionē. ꝛ hoc propter instructionez sacerdotis. Leuitici. xiij. Si difficile ꝛ ambiguū apud te ꝛc. Se/cūdo ad cogniti deletiōz. Ps. Dixi ꝯfi/tebor. ꝛc. Si p̄positū valet, q̄nto magis opus. Tertio ad cogniti ꝛ deleti satisfa/ctionē qꝛ erubescentia ē mag ps satisfa/ctiōis. Ecci. iiij. Est ꝯfusio educēs grāz ꝛ gl'iaz. Quarto ad pene diminutionez in ptāte clauiū. Mat. xvi. Quodcūq; solueris sup terrā ꝛc. Quito ad dei lau/dē Josue. vij. Da gl'iaz deo ꝛ ꝯfitere pec/cata tua. Sexto ad intercessorū multi/plicatiōz. Jaco. vlt. Cōfitemi alterutrū pctā vrā ꝛc. Septio valet ꝯfessio ad cō/scientie assecurationē. Un̄ statim dū di

xit peccaui: audiuit: trāstulit dñs pctm̄ tuū a te. ij. Reg. xij. ꝛ hoc magnū bo/ nū ē. ij. Cor. i. Gloria nostra hec ē: testi/ moniū ꝯscientie nostre.

Decimo queritur vtrū

ꝯfessio fuerit instituta in lege scripta. ¶ Rñsio. Uocalis ꝯfessio prout est sa/ cramentū solius legis noue fuit nec pre cessit i lege veteri nisi in figura qꝛ illi le gi nō cōpetebat: precessit aūt in h ꝙ sa/ cerdotib data erat auctoritas discernē/ di inter leprā ꝛ nō leprā: scḿ ꝛ pphanū.

Undecimo queritur.

a quo fuit instituta. ¶ Rñdetur ꝙ con/ fessio fuit a xp̄o instituta. licet nō inue/ niatur quādo. Credēdū est ergo ꝙ nul/ lus aplorum attentasset instituere tam durum ꝛ arduū sacrm̄ nisi habuissent a xp̄o: licet nō sit opinio Bonauenture.

Duodecimo queritur.

Utrū oēs adulti boni ꝛ mali ad ꝯfessio nem teneanť. ¶ Notandū ꝙ ille dr bo/ nus qui ē i gratia dei ꝛ nullū habet pec/ catū mortale. Ille vero dicit malus qui est in pctō mortali. ¶ Ad questionē re/ spondeť ꝙ de malis nō ē dubiū ꝙ tenen tur ꝯfiteri. Sed de bonis sunt diuerse opiones Bonauentura em̄ dicit ꝙ tene ri ad ꝯfessionē pctōꝝ ē duplicit. scꝫ ex in stitutiōe pma que fuit ab aplis data sb pcepto: ꝛ isto modo teneť quis ꝯfiteri ni si de pctō mortali. Alia fuit institutio a patrib data in generali ꝯcilio: ꝛ vulga/ tum ab Innocentio tertio. Et propter istā institutionē teneť oēs ꝯfiteri semel in anno. Et ideo boni qui solū hn̄t veni ale pctm̄ teneť semel cōfiteri scꝫ in pa/ scate: ꝛ h propť tria que habenť i textu. Tamē opinio Scoti ē ꝙ nullus teneť ꝯfiteri de venialibus.

Tredecimo queritur.

Utrū pctōr statim cū pōt teneať ꝯfite/ ri. ¶ Rñdetur ꝙ quidaꝫ ad ꝯfessionem obliganť nō ex culpa ꝯmissa sed ex eccl'a stica institutione: vtpote illi qui nō ha/ bent mortalia pctā tales differre possūt vsqꝫ ad pasca: qꝛ mandatū illius decre/ talis nō obligať nisi sicut obligat ad eu/ karistiā ad quā pparat ꝯfessio sacerdoti facta. Quidā vero nō solū obliganť ex eccl'astica institutione: sed ex ppria trāſ gressione ꝛ hi teneť ex institutiōe sacra menti: sic̄ sunt illi qui sunt in pctō mor/ tali. De talib eni generaliter pōt asseri ri ꝙ possūt vsqꝫ ad pasca differre tamen videť periculosū. Similiter ꝙ teneanť sꝫ ꝯfiteri quādo se offert oportunitas vi/ detur satis durum. Ideo videť rationa/ biliter sentiendū mediū scꝫ ꝙ sit oportu nitas loci: temporis: ꝛ sacerdotis. Du/ pliciter aūt potest se quis ante pasca of ferre: aut ita ꝙ timeť ne vnqꝫ se offerat: sicut ē in his qui grauit infirmantur vł se ponunt in articulo mortis: ꝛ tales te/ nenť absqꝫ dubitatiōe ad ꝯfessionē Aut ita ꝙ maior oportunitas expectatur vł q̄tum ad temp⁹: vel q̄tū ad sacerdoteꝫ qñ scꝫ intendit sacerdotē habere prudē/ tiorē: ꝛ sic pōt differri sine aliquo pctō: tamē aliter sentiendū ē de religioso: aliť de laico. Nam religioso totū tēpus vite sue ē temp⁹ penitentie: ꝛ ideo habēti co/ piam sacerdotis: si peccauit mortaliter: credo ꝙ teneť sine mora ꝯfiteri.

Decimoquarto queriť

Utruꝫ obligemur ꝯfiteri ex charitate. ¶ Rñ. Ad sacrm̄ pnie nō ē necesse acce dere cū charitate vł dispositiōe ad cha/ ritatē sufficientē fm veritatē: sed sufficit fm pbabilitatē. Hec aūt dispositio ē at tritio qꝛ aliqñ ꝯtigit ꝙ aliqs añ ꝯfessiōꝫ hꝫ tm̄ de attritiōe ꝙ acqrit grāꝫ sꝫ nō re/ qriť ꝙ sit tāta attritio fm ṽitatē: qꝛ sepe ppter cōfessiōꝫ supadiunctā ꝛ absolutiō nē sacerdotꝫ: tal' attritio formať p grām

Decioquinto queritur

cui sit cōfitēdū. vtp sufficiat cōfiteri laic.

co. ¶ Rñdet ꝙ dupl'r pōt loq̄ de cōfessi one. Uno mō put ē opus v̄tutis. vt qn̄ aliq̄s ad sui humiliationē dic̄ pctā sua: ꝛ sic q̄s pctm̄ suū cuilibet cōfiteri pōt si ue clerico siue laico. Bern̄. sup cantica. Uir ꝑfectus tantus ē virtutis amator: ꝙ vellet omnes noscere mala sua: dū ta/ men eis nō esset occasio mali sed boni. Tn̄ s̄m doctores modernos ꝛ maxime Scotū nō ē ibi prudentia: sed aliquādo ꝑiculum. Alio modo possum⁹ loqui de cōfessione put ē opus sacr̄ale. put scʒ or dinat̄ ad recōciliatōʒ q̄ fit ꝑ absolutōʒ ꝛ ligationē. Et qm̄ hec ptās collata ē sol' sacerdotibꝫ (sicut melius patebit infra) ideo hec cōfessio nulli nisi sacerdotibus est fienda.

Decimosexto querit̄.

Utrū cōtra voluntatē proprij sacerdo/ tis liceat cōfiteri alij discretiori. ¶ No/ tandū ꝙ ꝓpri⁹ sacerdos potest capi sex modis. Primo mō aliquis dr̄ proprius sacerdos alicui⁹ qui hꝫ iurisdictionem ordinariā modo inferiori: vt sunt curati Scd̄o mō qui habet iurisdictionē ordi/ nariā modo principaliori: vt sunt ep̄i. Tertio modo qui habet iurisdictionem excellentissimo mō: ꝛ isto mō papa dicit̄ sacerdos respectu omniū xp̄ianorum Quarto mō qui habet iurisdictionē de legatā vl' cōmissariam ab aliq̄: vtpote a papa vel ep̄o aut curato. Et isto modo mendicātes (ꝛ maxime frēs minores et p̄dicatores) sunt ꝓprij sacerdotes: qꝛ ha bent iurisdictionē delegatā a sūmo pon tifice. Quinto modo dr̄ ꝓpri⁹ sacerdos ex ꝑmissione: ꝛ ex cōi cōdescensione iuris sic̄ qui habent licentiā a iure eligendi si bi ꝓprios sacerdotes: sic̄ sūt ep̄i ꝛ abba/ tes. Sexto dr̄ ꝓpri⁹ sacerdos ꝓpter ne cessitatē vt ē in articulo mortis: qꝛ tunc simplex sacerdos non priuilegiatus pōt in necessitate quēlibet absoluere. ¶ Ad questionē rn̄sio. Quilibet tenet̄ cōfiteri ꝓprio sacerdoti: accipiendo ꝓprium sa/ cerdotē pro aliquo istoꝝ modoꝝ. Et iō bene sequit̄. Iste ē cōfessus fratri mino/ ri: ḡ est cōfessus ꝓprio sacerdoti: nec te/ netur amplius cōfiteri suo curato: quia eque bene ē proprius sacerdos: frat̄ mi/ nor vel aliquis hn̄s iurisdictionem dele gatam sic̄ proprius curatus qui habet iurisdictionem ordinariam.

Decimoseptio querit̄

Utꝝ necesse sit cōfiteri ꝓprio sacerdoti corā populo. ¶ Notandū ꝙ ꝑ corā po/ pulo intelligit̄ corā multis audientib⁹ confessionē. ¶ Rn̄sio. Confessio sacra/ mentalis sacerdoti soli ꝛ in secreto de/ bet fieri: nisi sit pctm̄ adeo enorme ꝙ to tam cōmouerit vrbem: qd̄ quidē debet quis cōfiteri in publico: vt i publico pu niatur: tamē hec punitio nō debet impo ni a cōfessore in cōfessiōe sacramentali.

Decimo octauo q̄ritur

quid sit confitendū. Utrū scʒ oporteat confiteri omnem venialem culpā ¶ Re spōsio. Confessio venialium nō ē in pre/ cepto: est tamē consiliū ꝛ maxime ꝓ reli giosis qui debent esse ꝑfecti. Et ideo bo num ē eis cōfiteri pctā venialia: nō tamē obligant̄. qꝛ venialia multis modis de/ lent̄: vtpote dicēdo. Pater noster. accipi endo aquā benedictā: ꝑ feruentē orōneʒ ꝑ bn̄dictionē datā a sacerdote in missa. vl' ab ep̄o. Tn̄ s̄m Bonauentu: pctā ve nialia sunt cōfitenda in casu qn̄ scʒ peni/ tens nō habet pctā mortalia: qꝛ (sic̄ ꝑus dictū ē) s̄m ordinatōʒ eccl'ie quilibet te/ netur semel cōfiteri omni āno pctā sua: Insup in h̄ cōcordāt oēs doctores ꝙ si aliq̄s eēt dubi⁹ si eēt i pctō vēiali vl' mor tali: tūc tenet̄ cōfiteri ꝓpter periculum.

Decimonono q̄ritur.

Utꝝ sit cōfitenda omnis peccati morta lis drīa: scʒ cordis: oris: ꝛ opis pctm̄ etiā latens ꝛ manifestū. ¶ Notādū ꝙ pctm̄ mortale ē aliqd̄ dictū vel factū vl' cōcu/ pitum contra legem dei. ¶ Responsio.

Omnis pcti mortalis differentiam ne/cesse est cofiteri:siue sit latens siue mani/festū. Unde si sacerdos bene sciret pec/catum:tamen penitens debz ei dicere in cōfessione:qz prius sciebat pctm̄ ingratuz homo:sz necesse est q̄ noticiā habeat in/quātum vicarius dei. Etiam sicut pecca tor,non erubuit cōmittere peccatum co/ram deo:ita oportet q̄ erubescat coram homine manifestando peccatum suum. Necesse est etiā confiteri drīam pcti mor talis siue sit cordis:siue oris siue operis.

Vicesimo querit̄. vtrū tenecamur confiteri omnez peccati circū stantiam. ¶ Notandū q̄ circumstantia est illud qđ est extra substantiam actus quodāmodo tamen attingens ipsum:vl' quātum ad essentiaz:vt sunt tempus:lo cus:modus agendi:vel q̄tū ad effectum sicut est mutilatio grauis vl' leuis:vel q̄tum ad causam:siue efficientem siue fi nalem:qz in pctō fornicationis (ceteris parib9)plus peccat religiosus q̄z secl'arz ¶ Respondetur q̄ circumstantie que at tingunt peccatum:quedam sunt allevi/antes:que scilicet alleviant peccatum. Et iste circumstantie de necessitate non sunt confitende:sed bonum est silere:ni/si propter hoc satisfaciat alieni inquisiti oni:vel ad vitandum perturbationē sa/cerdotis:vel etiam advitandum scanda lum penitentis. Alie sunt circumstantie in aliud genus trahentes:sicut adulteri um:z est grauius q̄z simplex fornicatio. Et istas circumstantias necesse est con/fiteri. Alie sunt circumstantie aggrauā tes:sicut grau9 est cōmittere fornicatio nē in die dñico:q̄z in feriali. Et securius ē ↄfiteri istas circūstātias:tn̄ nō sunt ne/cesse cōfiteri:nisi ppria ↄsciā obligaret.

Circa distinctio nem decimāoctauā (in qua de clauib9 ecclie incipit mē tio) Primo queritur. Utrū claues ecclesie date sint. ¶ Notādum q̄ ecclīa ibi capitur pro clero id est pro cō/gregatione sacerdotum. Notanduz eti/am q̄ claues spirituales dicūtur ad mo/dum clauium materialium. Unde cla/uis materialis est proximum instrumen tum aperiendi vel claudēdi ostium per quod intratur in domum. Clauis spiri/tualis est quedam potestas vel auctori/tas iudiciaria qua sententiatur cui celū est aperiendum propter merita:vel clau dendum propter demerita. Per accidēs tamen est ad claudendum:et principali/ter ad aperiendum:z in hoc differt a cla/ue materiali que fit pricipaliter ad clau dendum:z minus principaliter ad ape/riendum. ¶ Responsio ad questionem. Triplex est clauis spiritualis scilicz au/ctoritatis excellētie z ministerialis. Cla uis auctoritatis est p̄ncipalis potestas iudiciaria:qua aliquis iudicat eminēter et excellenter huic celum aperiēdumvel claudendum:z hanc solus deus habz:g quam dimittit debitū eterni supplicij sci licet peccatum mortale. Clauis autem excellentie est iudiciaria potestas auferē di debitum solutiōis:z istam habet chri stus qui soluit debitum nostrum:quan/do pro nobis mortuus est:z aperuit no/bis paradisumz deposuit obstaculū pec cati originalis. Clauis vero ministerial' est per quā dimittitur pena temporalis que est debitū peccati dimissi z remissi:z ista data fuit petro z alijs sacerdotibus Mathi.xvi. Tibi dabo claues reg.celo.

Secundo queritur ad q̄d sūt iste claues. Et supposito q̄ sint ad apiendū q̄rit̄. Utrū sint ad claudēdum. ¶ Rn̄sio Ptās sacerdotib9 cōiter data ē. sup sbditos:nō ad oino soluēdū debituz qz nō debebat h̄ cuilibz cōicari:ne culpa sine pena remaneret. Jō data ē eis ptās vt ligādo soluerēt:ligādo ad vnū scz ad penā temporalem z absoluerent ab alio scilicet ab eterna pena. Sed non est da/ta potestas ligandi nisi propter solutio/nem:quia ligant pena tēpali:vt soluant

a pena eterna:tñ ministerialiẗ. qꝛ ꝓprie loquendo solus deus pōt soluere a pēa eterna:sicut patebit infra.

Tertio queriẗ de potestate ligandi ⁊ soluendi in foro penitenciali.i.sacro penitētie Utrum sacerdos possit in culpā. Hoc ē vtꝝ habeat ptātē dimittendi vel remittendi culpā. ¶ Responsio ad q̄stionē habēs claue ꝑ ptātē ꝫ clauis mediatoꝛ ē dei ad hominē: ⁊ hois ad deū. Uñ ꝑ ipm hō pctōꝛ ascendit ad deū. Et sic sacerdos ē angelus dei: ⁊ mediatoꝛ ⁊ se habet ꝑ modū supplicantis. Etiā cōmuniter sacerdos ante absolutionē oꝛat ꝓ penitente: ⁊ quādo dat absolutionē p̄supponit ꝙ ē absolutus a deo. Sacerdos em̄ nunq̄ absolueret quēq̄ de quo nō p̄sumereẗ ꝙ eēt absolutus a deo. Si ergo queratur vtrū ptās clauium se extendat ad delendā culpam. Dicendū ꝙ bene potest se extendere ꝑ modum depcantis ⁊ impetrantis.(⁊ illud significatū ē in benedictione sacerdotū. Numeri sexto) sed nō per modum impantꝭ Quoniā ergo ptās sanat per modum actiui ⁊ imperantis per se. Hinc ē ꝙ potestas clauium ꝓprie loquendo nō extēdit se supra culpam. Unde Augustin⁹ ⁊ Gregoꝛius dicunt ꝙ in suscitatiōe lazari:figurata ē resuscitatio pctōris: sed lazarus prius ē a domino viuificat⁹:q̄ traderet discipul' exoluendus. ꝗ ⁊c̄.

Quarto queriẗ vtrum sciencia sit clauis. ¶ Notandū ꝙ duplices sunt claues.scꝫ potētie ⁊ sciētie. Per clauē sciencie discernit sacerdos inter lepzā ⁊ lepꝛam. Per clauem vero potestatis iudicat sacerdos cui celū ē apiendūꝫ ⁊ cui claudendū. Et ista ē principalis et p̄supponit clauē sciencie. Uñ clauis scientie sic pōt diffiniri. Clauis scīe ē auctoꝛitas cognoscendi in causa pctōris. si illi sit aperiendū celū ꝓpter merita vel claudendū ꝓpt̄ demerita. ¶ Coꝛrelarīū. Clauis scīe non est habitus scīe:nec ipa scīa qꝛ multi habēt clauem sciencie: qui nō habent habitū sciencie :vt pꝫ i sacerdotib⁹ huius tempoꝛis qui parū sciunt ⁊ tamē habēt clauem sciencie: qꝛ sacerdotes:⁊ acceperūt eam in oꝛdine. Et ideo bene diciẗ in diffinitione ꝙ clauis scīe est auctoꝛitas cognoscendi ⁊ nō habitus scīe. ¶ Rñsio. Scientia ē clauis nō incq̄tum dicit habitū:sed incq̄tuꝫ dicit auctoꝛitatem siue officiū discernendi licet scīe habit⁹ sit dispositio ad bene se agendū in claue ptātis.quia nemo pōt bn̄ discernere an celum sit apiendū aut claudendū nisi habeat habitū sciencie.

Quinto q̄ritur Utrum scīa sit alia clauis q̄ potentia soluendi. ¶ Rñdetur ꝙ sunt due claues distincte Nam sicut in foro iudiciali duo sūt: ita in foro penitēciali. In illo enī duo sunt actus scꝫ discernere cām: ⁊ postmodum sententiare:ita etiam in foro penitentiali:ꝑtinet claue scīe discernere inter lepzā ⁊ lepzā:⁊ claui potentie ꝑtinet iudicare: igitur ⁊c̄.

Queritur tercio. Utrū resurrectio sit oim simul an successiue. ¶ Responsio. Resurrectio corporū non erit successiua: sed oim simul. Et huius pñt esse rōnes sex. Prima ē seueritas diuini iudicij que penā incinerationis inflixit corpori vsq ad aduentū filij dei secundū: sicut inflixit penā carentie visionis vsq ad aduentū primū: z huius rō est quia oēs sunt in vno principio peccati. Uñ p istā rōnē excipit beata virgo: que iā resurrexit (vt pie tenet ecclesia) quia nō fuit in originali cōcepta. Scda ratio est meritū fidei: quia multū meremur in credendo nos remunerari z resurgi qui videmur esse similes bestijs in moriēdo q: si hoc experimento viderem nō habere mus meritū. Tercia rō est vnitas corporis mystici: quia em oēs vnū corpus sumus in christo. ideo necesse est q ꝯtū ad aliquā gloriā sz corporis resurgamus simul. Quarta rō est subsidiū nr̄e infirmitatis: q: sancti dū desiderant sua corpora vehemētius etiā desiderant salutē nostrā: z ido sepius orant ꝑ nobis: quia nunq corpora eorū erūt vnita suis aiabus quousq restaurata erit antiqua ruina. Quinta rō est manifestatio diuine iusticie: quia em omnibus debet esse notum quanta iusticia damnet malos z saluet bonos: ideo vltimā distributionē distulit vsq ad vltimum seu nouissimū diem vt omnes compareant et videant peccata sua: z peccata omniū: nec sancti tristabuntur dicendo. Misericordias domini in eternū cantabo. Sexta ratio est cōsummatio glorie: quia tunc simul ꝯsummetur gloria: quia licet angeli habeant omnē gloriā essentialē: tamē non habent omnē gloriā accidentalē: quia gaudium erit eis de reparatione antique ruine: et de gloria corporum nostrorū. Similiter dicendū est de hominibus beatis propter quatuor dotes corporū que sunt claritas agilitas. subtilitas: z impassibilitas.

Queritur quarto Utrum resurrectio sit eorūdē sm numerū. Notandū q ad identitatem sm numerū rei naturalis requirit q sint eadē principia sz eadē materia z eadē forma ¶ Rñsio. Resurrectio erit eorundē numero: quia idem hō qui mortuus ē resurget in sua propria carne z anima z hoc erit virtute diuina z supra naturā. ¶ Pro ampliori

declaratione questionis ponunt quedam ppones. ¶ Prima ppo. Omnē entitatē causabilē pōt deus simplr creare z pducere ad esse de omnino nihil. Et isto mō creauit naturā angelicā: z materiā pmā. z etiā creat aiās nostras. ¶ Scda ppo. Om entitatē realem absolutā et respectiuam quā deus pōt creare: illā pōt omnino annihilare. ¶ Tercia ppo. Omnē entitatē absolutā quā de⁹ creauit: z post creationē simplr annihilauit: post adnihilationē eandē numero pōt reparare: quia eque res manēt possibiles post creationē z adnihilationē sicut erāt ante creationē. Nec valet qd obicit q deus non pōt facere q mulier corrupta sit iterum virgo: quia illud pteritū nō ponit identitatem absolutā. Sed deus pōt facere q illa mulier corrupta habebit eandē integritatē mentis z corporis sicut prius habebat anteq corrūperetur: z istud dicit identitatē absolutā. ¶ Quarta ppositio. Deus pōt ex quolibet facere qdlibet vt ex lapidib pōt facere hoiem: ex hoie pōt facere angelū z econuerso. ¶ Quinta ppositio. Omne quod non implicat ptradictionē potest deus facere.

Querit quinto, vtrum

resurrectio sit naturalis: an miraculosa hoc est. vtrū agens naturale possit facere resurrectōnē: an solū possit fieri a deo Notandum q agens naturale est omne aliud a deo. ¶ Respōsio ad qstionē. In resurrectione tria sunt. Primū est corporis ex pulueribus reformatio. Vñ pulueres ibi capiunt pro illa materia de q̄ formata erant corpora: siue illa sit sub forma vermiū seu herbarū: siue aque: siue terre: z breuiter sub quacunq forma sit Et ista collectio puluerum fiet ministerio angelorū etiā successiue vt dicit Scotus. Sed reformatio corporū fiet a deo z supra naturā. Secundū est ipsi corpori reformato anime vnio. Et licet sanctus Bonauentura dicat hoc esse per naturam (quia anima se vnit corpori suo qd valde desiderabat) nō tamen tenetur a Scoto. Et melius videtur q hoc sit supra naturam: quia licet anima se possit vnire corpori: sicut mouens mobili (sicut potest diabolus) nō tamen potest se vnire corpori tanq forma informās suo informabili (quod requirit ad perfectā vnionem) sed solum hoc fiet a deo. Tercium quod est in resurrectione est vnitorum. scz corporis z anime: inseparabilis colligatio. i. vnio quod etiam fiet supra naturam. Et sic patet responsio ad questionem q resurrectio erit miraculosa et non naturalis.

Sexto queritur que sit

causa nostre resurrectionis. ¶ Responsio. Resurrectio christi est causa nostre resurrectionis. Unde in christo est assignare nostre resurrectionis duplicē causam. scz efficientē z exemplarē. Efficientem autē est dupliciter assignare: aut sicut primū principiū: z sic christus ſm diuinitatē: et tota trinitas est causa efficiens: aut sicut instrumentum z sic est vox christi ſm humanitatem: ad cuius vocationem mortui resurgent. Unde tantam virtutem habebit illa vox q audietur in paradiso: in inferno: in purgatorio: et p vniuersum orbem: ita q ad illam vocem omnes cōparebunt. Similiter causa exemplaris est duplex. Una in qua res cognoscitur z disponitur. z sic est filius dei ſm diuinā naturā z tota trinitas. Alia est qua res inchoatur et exemplificatur. z sic ē resurrectio christi: quia talia erūt corpora nostra (vt dicit Augustinus de trinitate) quale christus sua resurrectione monstrauit.

Ro secūda par

te distictionis hui⁹ in qua de apertione librorum agitur duos habens articulos. ¶ Circa primum itaq articulum.

Primo querit de libro vite. Utrū liber vite sit filius dei. Notandum q liber potest capi dupliciter. Uno modo ꝓprie: ꝛ sic capitur pro suo ꝓprio significato ad qd imponitur vt liber Aristotelis dr liber: ꝛ sic nō capitur hic. Alio mō capit trāssumptiue ꝛ metaphorice: ꝛ iste ē duplex scꝫ liber vite ꝛ cō scientiarū liber. Liber vite capit dupl'r. Uno modo nihil aliud ē q̄ ipsa noticia dei in qua viuūt oia ꝑ noticiā. Et dicit liber methaphorice nā liber ꝓprie capt⁹ cōtinet duo scꝫ scientiam in se: qꝛ in ipso scribit scientia: ita ꝛ in libro vite scribuntur oia ꝑ verā noticiā. Habet etiā aliqd quo ad nos: qꝛ liber facit nos habere memoriā oblitoꝝ: sic et in fine iudicij: omia erūt aperta: tā bona q̄ mala: ꝛ sic reducentur ad memoriam. Unde sicut dicit Aug⁹. Liber vite isto mō est quedā vis diuina causata imediate a deo qua fiet vt in die iudicij vnicuiqꝫ bona ꝛ mala reducent ad memoriā. ¶ Ad questionē respondet ꝑ tres ꝓpōnes. ¶ Prima propō. Liber vite est ipsa dei noticia q̄ viuunt oia. ¶ Scđa ꝓpō. Liber vite est quedā vis diuina causata imediate ꝛc̄. vt ante qōnis responsionē habitū ē. Et isto mō liber vite est qđ creatū. ¶ Tercia ꝓpō. Nec humanitas xp̄i nec xp̄us in q̄tū hō dicendus est liber vite. Et sic pꝫ rn̄sio.

Querit secundo que sit hui⁹ libri scriptura. ¶ Respōsio. Sicut ars ꝛ exēplar ē totius trinitatis ꝛ tn̄ appropriatur filio: sic ꝛ liber vite. Sed notandū q creaturarū ad deū ē duplex cōparatio. Una in exeundo ꝛ hec ē omniū creaturarū: qꝛ oia exeunt a deo. Et sic filius dei dr ars plena oim rōnū viuentiū ꝛ scriptura hui⁹ libri ē eterna dispositio oim producendoꝝ q̄tū ad suas rōnes ꝛ ydeas. Alia est cōparatio in redeundo: ꝛ hec est creaturarū ad beatitudinē ordinatarū: qꝛ regressus est ꝑ virtutē: quies ꝑ beatitudinē. Et sic filius dei dr vite liber. Et scriptura istius libri est predestinatio oim saluandoꝝ. ꝛ sic soli saluandi scribuntur in isto libro.

Tercio queritur vtrum necesse sit hunc librū aperire. ¶ Respondetur q (sicut dictū est) liber ē exeuntiū ꝛ redeuntiū. Differunt autē exitus ꝛ regressus: quia exitus tm̄ a deo dependet. Sed regressus est a dei gr̄a ꝛ voluntate nr̄a: qꝛ regressus est ꝑ merita que fiunt a deo ꝛ voluntate nr̄a. Cū igit iudicium erit ſm merita nr̄a: ꝛ merita sunt a nob: ꝛ a deo. ideo ad pensandā quantitatem ꝛ dignitatē meritoꝝ necesse est aperiri libros ꝯscientiarū ꝛ librū vite: in quo apparet quātitas gratie ſm mensuram liberalitatis diuine.

Queritur quarto q̄bus aperiet liber. ¶ Responsio. Dupliciter est loqui de apertione libri: aut q̄tū ad ipsius libri intuitionē: ꝛ sic solūmō aperietur bonis: qui videbunt essentiā diuinam: ꝛ ipa (tanq̄ in vero libro) videbūt scripta in libro. Aut ad subsequentē cognitionē: ꝛ sic omnibꝫ erit apertus: quia boni se ibi legentes cognoscent se p̄destinatos. Mali vo ex hoc ipso qꝛ in libro legere nō potuerūt: scient se esse non predestinatos ad vitam.

Circa secundum articulum scđe partis queritur de libris ꝯscientiarū. Et primo querit Utrū oia merita legant in ꝯscientia vel quedam. Notandū q meritū capitur duobꝫ modis. Uno mō large: ꝛ est qđcunqꝫ opus a voluntate libere elicitū vel imperatuꝫ dignuꝫ remuneratōe vl' p̄mio aut dignū supplicio vel pena eterna. Et isto modo capit in p̄senti qōne meritū. Alio modo capit meritū ꝓprie et est qđcunqꝫ opus a voluntate libere elicitū vel imperatū dignū p̄mio ꝛ vita eterna. Et isto modo sola bona facta in charitate dicunt meri

ta. Liber ɔscientie est ipse intellect⁹ in q̄ sunt vel fuerūt scripte oēs cogitationes bone vel male: q̄ in nobis fuerūt: ⁊ ē ipsa voluntas in qua sunt vel fuerūt omnes affectiones bone vel male quas vnq̄ ha buim⁹: ita ꝙ ex istis duob⁹ codicib⁹ com ponit̄ liber ɔsciētie. ¶ Responsio. Oim meritoꝝ erit ibi lectio ⁊ memoria. Ra tiones patent in textu.

Querit̄ secundo. Utrū

quilibet legat oia in alterius ɔscientia. ¶ Respondet̄ ꝙ oia nota erunt omnib⁹ tam bona q̄ mala in ipso iudicio ſm ꝙ vult Anſhelmus ⁊ Bernhardus ⁊ text⁹ ⁊ glosa consonant. Unde Bernhardus sup illud prime Corinth. iiij. Illumina bunt abscondita tenebrarū: dicit cuncta archana cunctoꝝ cunctis ibi patebunt. Etiā dānati videbūt beate magdalene ⁊ oim sanctoꝝ merita: ⁊ ecōuerso. Nec ha bebunt beati erubescentiā: sed erit bea tis materia laudandi deū: ⁊ erit dānatis in scandalū ⁊ penaꝫ. Et sic manifestabit̄ iusticia ⁊ misericordia dei.

Querit̄ tercio. Utrum

oia videant̄ simul ab omnib⁹. ¶ Respon sio. Omnes repente vel simul oia pctā videbūt: ⁊ credendū est magis ꝙ simul.

Circa distinctio/ nem quadragesimāquartā (cui⁹ due sunt ptes quaruꝫ quelibet tres hꝫ articulos) querit̄ primo. Quid resurgat q̄tū ad in digentiā. vtrum humores resurgāt. No tandum ꝙ quatuor sunt principales hu mores corporis humani. scꝫ sanguis. co/ lera. melancolia. et fleuma. Et quilibet hō participat in istis q̄tuor tñ aliq̄ plus in vno q̄ in alio. Notandū etiam ꝙ ſm Auicennā differūt humor ⁊ humiditas Nā humor pprie est in venis. Humidi/ tas autē est extra venas: et dirigitur ad alia mēbra. Et ista est duplex. Quedaꝫ est nutrimentalis qua nutrimur: et ista humiditas nō resurget. Alia est humidi tas cōplexionalis q̄ efficitur caro ⁊ iun/ gitur corpori nostro ⁊ ista humiditas re surget. De humorib⁹ autē dicendū est ꝙ absq̄ dubio humores resurgent sicut di cit Ambrosius in sermone de martyrib⁹ Dignū et cōgruū ⁊c̄. Notandū ꝙ hoies resurgēt in pfectiori etate. scꝫ. xxx. ānoꝝ

Querit̄ secundo de his

q̄ spectāt ad supfluitatē: q̄ sunt intestina capilli ⁊ vngues. vtrū resurgent. ¶ Re spondet̄ ꝙ resurget in corpore nō tm̄ qđ est de ipsi⁹ necessitate. scꝫ caput. cor. bra chia. ⁊ cetere partes principales: sed etiā qđ est de integritate ⁊ de decentia ⁊ pul chritudine. Cū igitur capilli et vngues sint de decentia (quia caluiciū est impfe/ ctio nature) ideo resurgent. Silr ⁊ inte/ stina sunt de nature pulchritudine. Vñ Aug⁹. i libro de ciuitate dei. In interio ribus viscerib⁹ (que nullū decus modo videnf̄ habere) ita pulchritudo rōnis de lectabit: vt omni forme apparēti q̄ ocul̄ placet ſm mentis iudiciū pferatur.

Quantū ad secūdū arti

culū querit̄ pmo. Cū caro est in duob⁹ hominib⁹. Utrū resurget in pmo vel in secundo. Notanduꝫ ꝙ Aristoteles dicit ꝙ aliqui homines sunt ita bestiales ꝙ ve scuntur carnibus hominū ⁊ huiusmodi sunt tartari ⁊ barbari. Cum ergo caro pmi hominis mortui cōuertatur in sub stantiam secundi hominis ⁊ carnē come/ dentis illas carnes: queritur in quo isto rum hominum resurget illa caro. ¶ Re sponsio. Resurget in primo: quia secun/ dus furatus est illam et sibi vsurpauit. Et reparabit deus materiā secundi de alia materia.

Queritur secūdo q̄d in

quolibet resurgat quantum ad mēbra. vtrum scꝫ materia vniuscuiusq̄ membri

resurgat in suo membro an indifferenter in quolibet. ¶ Respondetur q in membro siue in eius materia est aliquid considerare qd est de substantia z perfectione: et sic vnumquodqz membrum ex sua propria materia reformabitur. Est etiam aliquid qd est de superfluitate sicut aliqua mebra plus habent de materia q̃ conueniens sit forme mebri z tunc qd est superfluu in vna parte p totu dispargetur si alia mebra indigeant materia: vt no abundent vnu mebrum ab altero nisi q̃tum debet.

Pro tercio articulo partis prime queritur Qualia erunt corpora resurgentiu. et primo q̃tum ad electos. Utrum corpora electoz resurgant cum deformitatibus. Notandum q duplices sunt deformitates. Quedā sunt de ordinatiue que veniunt ex malo z deformi situ membrorū: vt si aliquis haberet oculos in pectore: vel brachiū in capite. Et iste nō remanebunt in beatis. Alie sunt deformitates quātitatiue: vt si quis haberet nimis grossum caput: vel nimis grossum ventrē. Et similiter beati non resurgent cū istis deformitatibus. Et sic breuiter concedendū est q nulla deformitas erit in corporibus electorum.

Secūdo queritur. vtrum deformitates resurgent in corporibus dānatorum ¶ Respondetur breuiter q in corporibus damnatoz nulla erit pulchritudo: ita q si habuerint turpitudinem in hoc mūdo in eis remanebit. Et si in hoc mundo habuerint pulchritudinē: auferetur ab eis: z erunt turpissimi et vilissimi: pleni omni feditate z infectione. Notandū tamen q in eis non erit deformitas per diminutionē. Nam si in hoc mundo nō habuerit quis brachia vel tibias tunc illa deformitas reparabitur ad augmentū pene vt puniatur in omnibus membris: quia in hoc mūdo bene voluissent brachia ad faciendū mala.

Circa secundam partez huius distinctionis queritur de passibilitate damnatoz. Et primo queritur Utrum sit ponere cruciatū eternuz quē vocamus infernū. ¶ Notandum q infernus capitur tribus modis. Uno modo pro omni illo quod est sub globo lunari Et sic iste mūdus dicitur infernus. Habet etiam quatuor loca sm q sunt q̃tuor elementa. Unde ps. Eruisti animā meam ex inferno. Alio mō capitur infern⁹ pro loco subterraneo. Et iste habz quatuor loca siue cameras. In prima z superiori est limbus patrum: in quo erant patres ante passionez xpi. Et ibi nulla erat tristicia nec pena sed solū priuabantur ad tempus visione diuina. In scda camera est purgatoriū in q̄ purgantur aīe decedentes cū gra habentes aliqd purgabile. Et in istis solis duobus locis descendit xps: sm q dicit simbolu3 fidei. Descendit ad inferna. In tercia camera est limbus puerorum qui moriuntur absqz baptismo: et ibi nullū patiuntur dolorē nec tristiciā: sed solum priuantur visione diuina. In quarta camera z infima est locus damnatorū et ibi cruciantur eternaliter. Et omnibus istis modis pprie nō capitur hic infern⁹ Tercio modo capitur infern⁹ pro cruciatu z pena: quo cruciatu z pena dānati affligun tur. Nā possibile est q dānati possint in alio loco cruciari extra illū locū q̄ vocatur infern⁹: z isto mō capitur hic. ¶ Ad questionem respondetur q quorundā fuit opinio q licet sit infernus: nō tn̄ est eternus quia nimis durū esset q pro vno peccato mortali momentaneo cruciet hō eternaliter. Et ista opinio fuit Origenis et sequaciū eius. Sed in hoc multum errauit: quia contrariuz dicit christus Mathei. xxv. caplo. Ite maledicti in ignem eternum. Item Ysaie vltimo. Uermis eoz non morietur: z ignis eoz non extinguetur Congruū etiā ē vt pulchritudo

vniuersi seruet quibusdā antithesis(hoc est
p̄ cōtrariū) vt sicut bonis bona reddun
tur eterna:ita z malis eterna supplicia.
Necessariū est etiā ad seruandū ordinē
iusticie. vt vnicuiq; reddatur ſm merita
sua cū ventum fuerit ad iudiciū. Pecca
tor autē cū peccat:peccat cōtra bonum
eternū z infinitū:z ex hoc dignus est cru
ciatu eterno. Et dū decesserit nō est am/
plius locus meriti:ac per hoc nō erit re/
missio pcti. Ideo quia semper est culpa:
semp etiā erit z pena. Nā post mortē nō
deletur culpa mortalis:quia nō est am/
plius tempus merendi vel demerendi.
Multe sunt alie rationes in textu. Vi/
de ibidem.

Secundo q̄ritur vbi sit

infernus. Notandū q infern⁹ ibi capit p
loco inferni in quo cruciāt dānati ¶ Ad
questionē dicit q licet Augustin⁹ volue
rit dicere q infern⁹ nō est locus corporal
sed est qd spūale tñ a modernis nō tenet
Sed sequunt Gregoriū q dyalogorum
quarto. dicit infernū esse locū corporalē
z subterraneū q existit in medio terre.
Et sicut celū empyreū est locus pulcher
rimus z amenissim⁹ ita ille locus ē teter/
rimus z vilissim⁹. Est etiā in medio z in
infimo terre. Nā sicut mediū poli dicit
infim⁹ locus:ita z mediū terre dicit infi
mus locus eo q ī mūdus. Et ē sub para
diso terrestri descendendo in centro:id
est in corde terre.

Irca secundum
hui⁹ partis articulū querit
de qualitate pene infernal
Et primo vtrū affligens in
inferno sit ignis verus: habēs formā et
naturā z ignis spēm. Notandū q q̄dru/
plex est ignis. Quidā est ignis elemēta/
ris z est ipm elementū quod est in spera
ignis:z iste ignis nō cōburit:quia celū ē
incorruptibile. Alius est ignis calcis z
est ille q accendit aqua z extinguit oleo:
z iste ignis ē in calce. Tercius ē ignis in

fernalis z iste ignis ē vstiuus:z non com
bustiuus:quia vrit et nō cōburit:infert
passionē z nō mortē. Quartus est ignis
pinguedinis q fit ex multis ɔfectionib⁹:
z iste ignis nec vrit nec cōburit:sed solū
illuminat. Unde dicit Guillerm⁹ pari/
siēsis q si quis inungeret capillos suos illo
igne bñ p spaciū duarū vl triū horaꝝ da
ret lumē z claritatē p̄sentib⁹. ita q i vna
mensa p totā cenā nō indigerent alio lu/
mine. ¶ Notandū etiā q adhuc triplex
est ignis. Quidā est ignis carbo: et iste
ignis viuit in terra capiendo terrā large
tā pro ligno q̄ pro ferro z ceteris metal/
lis:z etiam pro ipsa terra. q: in aliqbus
partib⁹:vtpote in brabantia et flandria
fit ignis de terra. Scd's est ignis flāma
z iste viuit in aere quia notū est q flāma
ignis semper ascendit sursum z viuit in
aere. Tercius ē ignis lux: z iste viuit in
seipso. sc3 in sua spera q̄ est imediate sub
globo lunari z iste ignis (lic3 sit calid⁹)
nō cōburit sed solū lucet q: ibi nō est ma
teria cōbustibilis. ¶ Responsio. Licet
Augustin⁹ noluerit istā q̄onem soluere
(quia videbat ei temerariū eā soluere)
tñ Gregori⁹ (qui fuit doctor modern⁹)
tanq̄ inspirat⁹ a spūsctō dicit q̄rto dya/
logoꝝ. Ignē infernalē corporalē esse nō
ambigo:cū dicat. Ite maledicti in ignē
eternū. Math.xxv. Et eum secuti sunt
oēs doctores moderni. Sed habet alias
ppͥetates z opationes q̄ habeat noster
ignis quia ille ignis est tenebrosus z sul
phureus z tamen non consumit corpora
in que agit.

Secundo q̄ritur Utrū

puniens in inferno sit ignis solus: hoc ē
querere vtrū dānati solū crucient i igne
¶ Responsio. In inferno (sicut ex scptu
ra colligitur) quatuor elementa esse cre
duntur ad ɔfectā damnatoꝝ punitionē
Unde in inferno est calor intensiuus in
igne z frigiditas intensiua in aqua. Uñ
Job.xxiiij. Ab aquis niuiū transibunt

ad calorem nimiū. Erit eñ ibi ignis ardens: z aqua cõgelans z aeris inquietudo z pturbatio z terre fetor. Vñ Gregorius. In inferno erit frigus importabile: ignis inextinguibilis: fetor intollerabilis. Possibile est etiā q aliqs in codez instanti habeat intensiuū calorē ibi z intensiuū frigus: z hoc in diuersis mēbris Nam est possibile q diues dānatus solū cruciabat in lingua p calorē ignis: z qð in ceteris membris habuisset intensiuū frigus. Ad illud qð obijcit q dñs dicit Matth. xxv. Ite maledicti in ignē eternum: z ibi solū nominat ignē zc. Dicendum q p ignē intelligit ois cruciatus. vel q ipe nominauit ignē tanq̄ pncipalem penā. Et fm phm a maiori debet fieri denominatio.

Circa terciū articulū (q est ð actione ignis) querit primo. Vtrum ille ignis sit cõsumptiuus corporum. Notandū q cõsumptio est desitio rei q̄tum ad esse substātiale: z idem est q annihilatio. ¶ Rñsio. Licet ignis affligat corpa: tñ non ɔsumit. Si autē querat. Vtrū corrūpant corpa in igne. Distinguendū est de corruptione. Naz vno modo corruptio dicit desitionē rei q̄tū ad esse substātiale: z hoc mõ idē est q cõsumptio. Et tali mõ non corrūpent cū non moriant. Alio mõ corruptio idē est q puatio bone dispositiõis: z hoc qñ a corporib⁹ damnatoꝝ auferet quies et bona dispositio que generat in aīa voluptatem. Et isto mõ corpa damnatoꝝ corrumpent: quia nullā habebūt consolationem: sed erūt absorpti in pena. Et per hoc patet rñsio ad qonem q ignis infernalis non est cõsumptiu⁹ corpoꝝ.

Scðo queritur. vtrum ille ignis sit afflictiuus spirituū. Notādum q ibi spūs capit pro angelis z aiabus intellectualib⁹. ¶ Rñsio. Spūs separati a corpore cruciantur non tm̄ per summi boni absentiā: sz etiā p afflictiuā pñiam scz per ignem. Sed videndū est qualiter hoc fiat. Dolor eñ (sicut patet per Augustinū. xiiij. de ciuitate dei) est descensus ab his rebus que nobis nolētibus accidunt. Vñ ad hoc q dolor generet ab aliquo in anima: quattuor concurrunt. duo ex parte aie. Primū est perceptio ex parte cognitionis. Scðm detestatio ex pte affectionis. Et ista duo sunt in demonib⁹. Primo qz habēt verā cognitionē qz locus inferni est horribilissimus: vilissimus z summe afflictiu⁹. Scðo qz coartabunt z cõtra voluntatē suā incarcerabuntur ibi: et ideo ex illa detestatione generabit in eis maximus dolor siue tristicia. Silr dicendū est de aiabus. Sed ex parte agentis scz ignis siliter requirunt duo. Vnū est q immittet anime pceptionē z cognitionē. et sic ignis erit instrumentuz diuine iusticie: qz semper demones z anime habebūt in mente memoriam illius ignis: ita q nõ poterūt separari ab illa cogitatione. et hoc in eis causabit maximā tristiciam. Aliud est q violenter z insepabiliter adhereat ɔtra repugnantiā volūtatis. Et sic demones z aie in se erunt afflicte: qz nollent cogitare de illo igne: z tñ detinebuntur z ɔtra voluntatē semper cogitabunt ð illo igne. Et iste est modus quo affligent demones z aie in se. Et dicitur ibi aie in se: qz aliā afflictionē adhuc habebunt de cõbustione corpoꝝ suoꝝ: sicut patz p experientiā. Notandū q nec demones nec aie in se cõburent in igne: sed ille ignis causabit in eis tristiciaz: sicut dictum est.

Circa distinctionem q̄dragesimāquintam (cui⁹ tres sunt articul) q̄ritur pmo ð receptaculis aiarum. Vtrū añ xpi aduentū aie descēderint ad infernū. Notandū q infern⁹ ibi capit pro loco subterraneo. Et iste hȝ

q̃ttuoꝛ cameras: vt patuit diſt. p̄cedēti. ¶ Ad queſtionē dr̄ ꝙ aīe decedentes in gratia ante aduentū xp̄i recipiebanť in limbo patrū: ꝛ per conſequens deſcende bant in infernū: qꝛ ille limbus eſt vna de cameris inferni. Notandū ꝙ ibi ad/ uentus xp̄i capitur pro illo aduentu q̄n in triduo paſſionis ſue deſcendit ad in/ ferna.

Secūdo querituꝛ. vtrū poſt aduentū xp̄i habeant receptacula vel loca determinata. ¶ Rn̄ſio. Poſt ad uentum xp̄i (ſcʒ poſt deſcenſum ad infe/ ros: expoliando infernū: extrahēdo ſan/ ctos patres de limbo et etiā exiſtētes in purgatoꝛio) nulla aīa deſcēdit ad lim/ bum patrum. Sʒ nunc ſolūmodo ſunt q̃ttuoꝛ receptacula. Quidā em̄ decedūt in gratia. nihil hn̄tes purgabile: et iſti euolant in celum. Quidā vero decedūt in gratia habētes purgabile: ꝛ iſti reci/ piuntur in purgatoꝛio. Alij decedūt in oꝛiginali peccato tm̄: ꝛ iſti deſcendūt ad limbū puerozꝫ. Quarti aūt decedunt in peccato moꝛtali actuali: ꝛ iſti deſcēdūt in inferno infimo: fetidiſſimo et viliſſi/ mo: vbi eternaliter cruciabuntur ꝛ hoꝛ/ ribiliter.

Tercio querit. Utrum anie a ſuis receptaculis aliq̄n exeant. ¶ Rn̄deť ꝙ quidā a deo cōdemnanť ad tp̄s: vtpote quouſqꝫ ad p̄ces aliquoꝛuꝫ ſanctozꝫ liberenť: ſicut pꝫ de lazaro. Eti am de Trayano qui ad p̄ces Gregoꝛij fuit liberat⁹ a penis inferni. Et iſto mo/ do aīe mutāt receptacula. Quidā autē condemnanť ſententia definitiua ꝛ eter/ na: ꝛ iſto modo nō mutant receptacula niſi deus permittat ꝓpter aliqđ bonum Similiter dicendum eſt de exiſtentib⁹ in purgatoꝛio. De beatis aūt dicenduꝫ ꝙ exeunt ſepe: quia poſſunt nos iuuare reuocando a malo: docendo bonum: cō/ foꝛtando ꝛ liberando: ſicut patet de in/ finitis miraculis tam beate Marie q̄ franciſci: nicolai ꝛc̄.

Circa ſecundum articulum queriť de ſuffra gijs que recipiunt anie de/ functozꝫ a viuis. Et pꝛimo queritur. Utrū ſuffragia pꝛoſint defun ctis q̄ ſunt mediocriť boni. ¶ Notandū ꝙ quattuoꝛ ſunt genera ſuffragiozꝫ (ſm Gregoꝛiū) quibus anime in purgato/ rio exiſtentes iuuanť. Pꝛimo oblationi/ bus ſacerdotū: ꝛ iſtud eſt pꝛecipuū ſuf/ fragiū. Scđo oꝛationibus ſanctozꝫ ſiue ſint in patria ſiue in via. Tercio elemo/ ſynis charozū. Un̄ ille diciť charus quī aliqđ bonum facit alicui. Un̄ ſi aliquis q̃tūcunqꝫ extraneus oꝛet pꝛo aliq̄ i pur gatoꝛio exiſtenti ille dr̄ charus. Quar/ to ſubſidijs ſiue ieiunijs cognatozꝫ. Un̄ ille dr̄ ibi cognatus q̄ aliqđ ſubſidiū fa/ cit alteri. Et ſub iſto q̃rto genere conti nenť peregrinationes: flagellationes et ie/ iunia ꝛc̄. Notanduꝫ ꝙ illi dicunť valde boni q̄ euolant inmediate ad celos abſ/ qꝫ trāſitu purgatoꝛij. Quidā ſunt val/ de mali: q̄ moꝛiunť in pctō moꝛtali: ꝛ illi deſcendūt ad infernū. Alij ſunt medio/ criter mali ꝛ mediocriter boni: ꝛ ſunt il/ li q̄ moꝛiunť in gr̄a tn̄ hn̄t aliquid pur/ gabile. ꝛ iſti deſcendunt in purgatoꝛiū. ¶ Coꝛrelariū pꝛimū. Suffragia eccle/ ſie nullo modo pꝛoſunt beatis. Auguſti nus Iniuriā facit martyri q̄ oꝛat pꝛo mar tyre. ¶ Scđm coꝛrel. Suffragia eccle/ ſie nullo mō ꝓſunt damnatis ꝛ cōdem/ natis ſententia diffinitiua. Nā aliq̄ de/ ſcenderūt in inferno qui nō erāt cōdem/ nati ſentētia diffinitiua: ſed ſolū cōditi/ onata et ad temp⁹: ſicut patet de puero quē ſuſcitauit beatus iohānes euāgeli/ ſta: ꝛ de vno triū moꝛtuoꝛum reſuſcita/ toꝛum a beato Hieronymo ꝛ iſtis pꝛo/ fuit oꝛatio beatoꝛum: ideo notanter di/ citur ſententia diffinitiua. ¶ Tercium coꝛrelarium et ad queſtione reſpōſiuū. Suffragia eccleſie pꝛoſunt mediocriter

bonis scȝ existentibus in purgatorio: et hoc ꝓpter dignitatē ꝛ necessitatē. Nam qꝛ sunt in gratia: ideo digni sunt eccle/sie suffragijs. ꝛ hoc dictat iusticia: qꝛ etiam in penis sunt ꝛ necessitate. ideo misericordia dictat ꝙ orandum est pro ipis.

Scd̃o queritur. Utruȝ prosint suffragia facta ꝑ malos. Notandum ꝙ ille ibi dr̃ malus ꝗ est in peccato mortali. ¶ Rñdet̃ ꝙ quidā dicūt generaliter ꝙ suffragia ecclesie ꝓsunt: siue fiāt a malis siue a bonis. Et ratio huiꝰ est: quia tam boni ꝗ̃ mali faciūt ſm doctrinam ecclesie: ꝛ faciunt pro eo ꝗ est in charitate. et vbi deficit charitas facientis: supplet charitas ecclesie dictātis: ꝛ mortui suscipientis. Sed nō credo breuiter ꝙ oratio peccatoris aliquid mereat̃ apd̃ deū: nisi solū dispositiue: qꝛ disponit de cōgruo. ꝛ de cōdigno ad meritū. Opus enim formā recipit ab agente proximo: sicut aqua a vase ꝯtinēte: nō a fonte. Similiter corona valorem ꝛ pulcritudinē habet a gēmis ꝛ ab auro ꝛ nō a quatuor elementis. Et ideo distinguendū est: qꝛ suffragia facta: aut sunt opa sacramentalia: vt sunt opa misse siue celebratio et tunc ratione ꝯtenti (quia opa dei sunt) ꝓsunt quia xp̄us ibi ꝯtinet̃. siue fiant a bonis siue a malis: non rõne cōsecrātis. Aut sunt alia opa. Et hoc dupl̃r. Aut eñ fiunt pure a malis sicut aliquis malus orat: vel se affligit ieiunādo: ꝑegrinando ꝛc̃. pro aliquo: ꝛ tunc nō credo ꝙ valeāt defunctis. Aut fiunt a malis ad imperiū alicuiꝰ boni defuncti: vel amici eius: dere que illius est in elemosynā. vel ad consortiū alterius: vt qñ duo legunt vnū psalteriū: vnus existens in charitate: alter nō. ꝛ in alijs operibus vt qñ datur elemosyna iusto vt oret pro mortuo. Et tunc valent: rõne charitatis boni hominis cōiuncti. Concedendū enim est ꝙ nō prosunt ſm ꝙ fiunt a malis tm̃. concedenduȝ nihilominus ꝙ prosunt si concomitatur charitas viri iusti ex Bonauētura. Uñ Esaie ꝑmo. Cum multiplicaueritis orones vestras: non exaudiam. manus eñ vestre plene sunt sanguine. glosa id est peccato.

Tercio querit̃ quantuȝ prosint suffragia? Et cū non prosint eqliter omnibꝰ. querit̃ cui magis prosint: an ei qui magis meruit: an ei pro ꝗ speciꝗaliter fiunt. ¶ Pro respōsionis elucidatione tres ponuntur distinctiones. Prima distinctio. Suffragia facta valēt tripl̃r. Uno mō specialissime. ꝛ hoc mō valent illi ꝗ facit suffragia. Scd̃o mō generalissime valent: ꝛ tūc valent ecclesie quia non posset aliqs facere aliqd̃ opus meritorius quin prosit ecclesie. Tercio modo suffragia valent specialiter vl̃ generaliter. ꝛ isto mō valēt illis pro quibꝰ specialiter fiunt. vt si qs diceret missam vel oraret pro parētibus: illa valet specialiter ipis parētibꝰ toti ecclesie generaliter ꝛ sibi spālissime. Et ideo qd̃ de secundo mō scȝ de valore speciali hȝ intelligi. ¶ Scd̃a distinctio. Suffragia facere pro aliquo pōt esse dupliciter. aut in cōmuni: vt quādo aliquis orat in cōmuni pro omnibus existentibus in purgatorio. Aut in speciali: vt qñ aliqs orat pro patre. vel pro amico suo. ¶ Tercia distinctio. Suffragia possunt fieri pro aliquibus dupl̃r. Uno mō satisfactorie vt. s. satisfaciāt pro aliq̃ pena alicuiꝰ existentis in purgatorio vel pro oibꝰ. Et tūc plus ꝓficit illi soli pro ꝗ dr̃ missa ꝗ̃ si diceret̃ missa in cōmuni pro omibꝰ: qꝛ tūc ꝗlibet haberet partē suā: ꝛ distribueret̃ ſm meritū ꝛ necessitatē suā. Alio mō suffragia pñt fieri ꝑ aliq̃ ꝑ modū supplicationis. Et tūc pōt aliqs celebrare missaȝ ꝑ modū satisfactōis ꝓ aliq̃ specialit̃. ꝛ pro oibus alijs in cōmuni ꝑ modū supplicatōis Nec ꝓpt̃ h̃ diminuit̃ meritū illi pro ꝗ dr̃ missa spāliter. Exm̃ vt si eēnt duodecim incarcerati: ꝛ ꝗlibet

deberet centū scuta: posset aliqs soluere debitū pro vno. liberādo eū a carcere: z solū depcari pro alijs. ¶ Ad q̄stionē dicitur q̄ si suffragia fiant in cōmuni; tūc mag⁊ psunt illis q̄ mag⁊ meruerūt z magis indigēt. Si aūt fiant in speciali; tūc magis illis psunt p quib⁹ fiunt.

Quantū ad terciū articulum (in quo de suffragijs q̄ impendūtur viuis a sanctis siue defunctis agit) querit primo. Utrū sancti orent p nob. ¶ Rñdet breuiter q̄ sancti orant pro nobis. Primo propter necessitatē nostram quia vidēt nos indigere: z ideo orant p nobis. Scd̄o propter dei voluntatē: q̄ vult vt vnū mēbrū releuet aliud.

Secūdo queritur. vtrū sancti suis orationibus impetrēt nobis aliqua. ¶ Rñsio. Sanctorū orationes multa nobis impetrāt bona sc̄ merito z affectu. Nam merent nobis merito qd̄ pcessit: q̄ sibi amplius non merent: sed propter merita pcedentia nobis merent quia multa merita fecerūt sine quibus fuissent saluati. Affectu etiā impetrant multa nobis bona: q̄ nos diligunt: z idō cū affectu orant deū pro nobis. Et q̄m (fm p̄hum) amicoꝝ est idem velle: ideo cū aliquē diligūt (p modū dicēdi) cōpellunt illū diligere. Vñ b̄ta virgo multos peccatores recōciliare dicitur.

Tercio queritur. vtrū vtile nobis sit sanctos pro nobis orare. ¶ Rñdet q̄ sic: q̄ deus decreuit z voluit sc̄ ppter nostrā inopiā sanctoꝝ gl'iam z dei reuerentiam.

Circa distinctionem quadragesimāsextam (cuius duo sunt articuli) queritur primo. Utrū aliqua mitigatio pene fiat damnatis propter suffragia ecclesie. ¶ Rñdet q̄ licet aliqui voluerint dicere q̄ in dānatis mitigatur pena (z ista fuit opinio Prepositiui z sequacium eius) tñ in hoc errauerunt. Ideo vera opinio z cōmunis est q̄ suffragia dānatis non prosunt nec ecclesia intendit orare pro ipis. Notandum q̄ si aliquis oraret pro aliquo damnato: ipso nesciente talem damnatū: illud suffragiū reuerteret in suum meritum. fm illud psalmiste. Oratio mea in sinu meo conuertet. Uel distribue existentibus in purgatorio: z breuit tale suffragium vel tale bonum nō perdet.

Scd̄o queritur Utrum damnatis fiat mitigatio pene ppter pietatē misericordie dei. ¶ Rñsio. Mitigatio pene damnatoꝝ dupliciter pōt intelligi. Aut q̄tum ad taxationē z inflictionem pene: vtpote q̄n statim post mortē taxat pena dānato. Et sic absq̄ dubio ē ibi mitigatio: quia de⁹ punit citra cōdignum ita q̄ nō tm̄ punit peccatorē q̄ntū meruit: z ideo ibi est misericordia et iusticia. Alio mō pōt intelligi mitigatio pene post taxationē z inflictionē Et hoc modo nulla cadit mitigatio a misericordia diuina: quia extunc claudit eis dñs viscera pietatis.

Tercio querit. Utrum deus misericordius agat cū vno q̄ cum altero. ¶ Rñsio. Magis misereri pōt intelligi tripliciter. aut habitu. aut actu. aut effectu. Primo mō z scd̄o mō impossibile est deū magis misereri vni q̄ alteri. Vñ. Deū misereri habitualiter ē ipsa pietas z benignitas q̄ est in deo: et est equaliter in deo q̄tum ad oēs. Deū aūt misereri actualiter est velle misereri qd̄ etiā q̄tum ad oēs est equaliter in d̄o quia vult omnib⁹ misereri. Tercio modo sc̄ q̄tum ad effectum: vbi est releuatio a miseria: verū est q̄ deus agit misericordius cum vno q̄ cum altero taz in p̄nti q̄ in futuro. Cetera patēt.

Quarto queritur. vtrum deus agat iustius cũ vno ꝙ̃ cum altero ¶ Responsio. Iusticia in opere vno mõ dicit seueritatẽ: ꝛ sic iustius agit in vno ꝙ̃ cũ alio quia seuerius punit. Alio mõ iustius dicit ordinem pmij ad meritum ꝛ sic dico ꝙ iustissime retribuit omnibꝫ Cetera patent.

Pro secũdo articulo q̃ritur primo. Verũ in aliquo opere dñi sit misericordia ꝛ veritas.id est iusticia. ¶ Responsio. Misericordia ꝛ veritas ẽ in ope creature rõnal': ꝛ hoc qdẽ nobilitatis est:ergo multofortius et nobilius in operibꝫ dei est misericordia ꝛ veritas

Secũdo queritur. vtrum in omni opere dñi sit misericordia ꝛ veritas. ¶ Respondetur ꝙ sic. Qualiter autẽ misericordia ꝛ iusticia accipiuntur. Respondetur ꝙ largissime. cõmuniter ꝛ ꝓprie Et qualiter se habeãt ad inuicem: clare patet in textu.

Tercio queritur vtrum in omni opere dñi sit misericordia ꝛ veritas fm ꝙ dicuntur largissime vel fm ꝙ proprie accipiuntur ¶ Responsio. In omni opere dñi semp ẽ misericordia ꝛ iusticia: quocunq; mõ accipiantur: ita ꝙ nõ põt separari. Unde in baptismo qñ quis iustificatur sine aliquibꝫ meritis pcedentibus: non solũ est ibi misericordia in hoc ꝙ deus totaliter remittit culpã et penã: sed etiam est ibi iusticia: in hoc ꝙ alique penalitates remanẽt in anima ꝛ corpore Etiã cũ deus aliquẽ damnat: nõ solum est ibi iusticia cum puniendo: sed etiam est ibi misericordia: quia nõ tantum punit sicut meruit.

Quarto queritur. vtrum possit deus aliquẽ punire pure ex iusticia: vel pure remunerare ex misericordia ita ꝙ ista duo separentur. ¶ Responsio. Impossibile est in operibꝫ dei iusticiã separari a misericordia: loquẽdo de potentia dei ordinata. Si autẽ loquamur de potentia dei absoluta: tũc posset facere iusticiã sine misericordia: ꝛ econuerso.

Circa distinctionem quadragesimãseptimã (que duos habꝫ articulos) Primo queritur vtrũ apostoli iudicabunt. ¶ Responsio. Iudex in aliquo dicit dupliciter ratione. Aut quia ipsius ẽ ferre sententiã: et sic solus xpus iudicabit tanꝙ̃ principalis iudex. Aut quia assistit ferenti sententiaꝫ fm ꝙ aliq iudices assistunt in iudicio. Et sic apostoli iudicabunt. Mathei. xix. Sedebitis sup sedes iudicantes ꝛc. Quod autẽ dicitur sedebitis nõ ẽ intelligendũ ꝙ apostoli sedeãt sessu corporali: sed hoc ponitur ad dignitatẽ. Iudicabũt etiã fratres minores: ꝛ oẽs qui ꝓpter xpm reliquerunt oia: ꝛ secuti sunt christũ.

Secũdo q̃ritur. vtrum angeli iudicabũt. ¶ Responsio. Angeli nõ iudicabunt potestate iudicatoria (sicut dictũ ẽ de apostolis) ſꝫ solũ astabũt rõne approbationis. Auctoritates autẽ que dicunt ꝙ dñs veniet cũ angelis non sunt intelligende ꝙ veniet cũ angelis iudicantibꝫ sed ministrãtibꝫ. Cetera patẽt

Tercio queritur vtrum omnes iudicabuntur tam boni ꝙ̃ mali. ¶ Respondetur ꝙ iudiciũ dicit tripliciter. scꝫ cõmuniter. proprie: ꝛ appropriate. Iudiciũ cõmuniter captũ dicitur collatio manifesta meriti ad pmiũ. quando videbunt merita ꝛ demerita omniũ. Et sic omnes iudicabuntur: quia omnes cõuenient: ꝛ patebit quomodo deus omnibꝫ retribuet fm merita. Et hoc est ꝙ dicit apostolus. Oẽs manifestari oportet. ꝛc. Iudiciũ ꝓprie dictũ ẽ discutio meritoꝝ ꝛ prolatio cũ quadã discussione ꝛ diffinitione sententie. Et sic non omnes iudica

buntur. Sed erunt quatuor ordines in iudicio: duo ex parte damnandorum et duo ex parte saluandorum. Aliqui ex parte damnandorum erunt iudicati quibus dominus dicet. Esuriui et non dedistis mihi manducare etc. Et isti erunt christiani: qui licet habuerint fidem: tamen caruerunt bonis operibus. Alij sunt qui caruerunt fide: sicut pagani et infideles: et isti tunc non iudicabuntur: quia non tenuerunt fidei sacramenta: ideo increpationem iudicis in se ferri non audient sed damnabuntur absque vlla increpatione. Ex parte autem electorum aliqui iudicabuntur: et sunt illi christiani qui vite maculas lachrymis tergunt et elemosinarum superinductione operiunt: quibus dominus dicit. Esuriui et dedistis mihi manducare etc. Alij vero non iudicabuntur: et erunt illi qui seruauerunt consilia christi sicut apostoli. martyres et renunciantes seculo. Tercio modo iudicium dicitur appropriate vt est ipsa condemnatio et sic soli mali iudicabuntur.

Queritur quarto. vtrum

angeli iudicabuntur. ¶ Responsio. Angeli mali iudicabuntur iudicio condemnationis. Et hoc propter quatuor rationes. Prima ex parte iusticie dei: quia sicut hominum fiet vniuersale iudicium sic et angelorum condemnatio. Secunda ex parte glorie christi quia triumphauit de diabolo qui fuit iudicatus a membro diaboli ad suggestionem eius. Tercia ex parte meriti: quia sicut participes fuerunt culpe humane: sic contumelie et pene. Quarta ratio ex parte supplicij consummandi: vt si quid penarum eis deest suppleatur plene: quia simul cum damnatis incarcerabuntur.

Quantum ad secundum articulum

(qui est de igne qui precedet faciem iudicis) queritur primo vtrum ille ignis sit elementum. ¶ Respondetur quod ille ignis non tantum ascendet: sed magis descendet: sicut pluit dominus super sodomam et gomorram. ideo dixerunt aliqui quod ille ignis non erit elementalis sed de nouo creabitur alius ignis. Potest aliter cum Augustino dici quod ille ignis erit elementalis et idem cum nostro igne vsuali: quem dominus sic augmentabit sicut fecit aquas diluuij vt sicut tunc purgatus fuit mundus per aquam: ita in die iudicij purgabitur per ignem: ita quod ignis qui est in terra ascendet: et ignis qui est super terram (scilicet in sua spera) descendet. Et ista est verior opinio.

Secundo queritur. Utrum

virtus illius ignis sit naturalis vel supra naturam. Notandum quod ille ignis purgabit omnia elementa: erit enim vstiuus et non consumptiuus (sicut dictum est de igne infernali) et extendetur iste ignis a spera lune vsque ad centrum terre: ita quod (secundum aliquos) miscebitur cum igne infernali. ¶ Ad questionem dicitur quod est loqui de ignium conflagratione tripliciter scilicet quantum ad inchoationem: progressum et consummationem. Dicendum ergo est quod quantum ad inchoationem erit supra naturam. Nam tunc incipiet a centro terre: et purgabit totam terram et aquam et aerem: et ignem: quia ignis infernalis et ignis noster vsualis: et aliqua pars ignis elementalis simul congregabuntur et hoc virtute diuina Secundo modo quantum ad progressum (quod est purgare vere et subtiliare) dicendum quod erit a virtute naturali. Notandum tamen quod non consummabit nec destruet elementa: sed solummodo purgabit ea. Tercio modo quantum ad consummationem: scilicet quod separabitur et descendet in infernum ad vrendum et affligendum damnatos: et hoc erit virtute diuina.

Queritur tercio de illius

ignis extensione. ¶ Responsio. Ille ignis ascendet et extendetur tantum quantum durant corpora consumptibilia et passibilia. Et quia corpora celestia non sunt receptibilia impressionis aliene: sed sunt incorruptibilia: ideo quantum durat spacium continens elementa ascendet flama scilicet vsque ad lunam: sub qua immediate spera ignis est: vt est elementum: et vlterius non ascendet. Et ideo

dicendū q̄ nō ascendet vsq̄ ad sidera in/clusiue: plus tñ ascēdet q̄ aqua diluuij: sicut clare patet.

Querit̃ q̄rto. Utrū ille ignis p̄cedet iudiciū vel an sequet̃. ¶ Responsio. Iste ignis habebit duos effect⁹ Nam purgabit electos: quia multi erūt viui qui erūt in gratia: et tñ habebūt aliquid purgabile: et sic purgabunt̃ in illo igne et faciēt illi penitētiā: nō in corpore sed solū in aīa: quia in illo raptu morientur ita q̄ nō descendent in purgatorium Et durabit ille ignis imediate ante iudiciū bene p̄ spaciū vnius aut duoꝝ dierum. Alius effectus isti⁹ ignis erit affligere damnatos: et erit post iudiciū quia cum dominus dixerit. Ite maledicti et cetera. descendent cum illo igne ad infernum.

Circa distinctionem quadragesimāoctauā (que in duos partit̃ articulos) querit̃ p̄rimo Utrū potestas iudiciaria x̄pi sit ſm humanitatē aut ſm diuinitatē. ¶ Respōsio. Ad hoc q̄ aliquod iudiciū sit firmū duo concurrunt scȝ autoritas in sententiandoꝛ potestas in retribuendo p̄miū ſm meritū. vel suppliciū ſm demeritū. Et si alterū hoꝝ deficiat nō ē iudiciū. ¶ Correlariū Nulla creatura quātūcunq̄ magna potest aliquem obligare ad aliquid sub pena peccati mortalis: quia p̄ peccato mortali debetur pena eterna: sȝ nemo potest aliquem damnare pena eterna sed solus deus. ergo et cetera. Unde sequit̃ q̄ papa non potest imponere aliquid sub pena peccati mortalis. His visis dicit̃ ad questionem q̄ x̄ps iudicabit ſm diuinitatē et humanitatē. Nam ſm diuinitatē essentialr̃ habet illa duo scȝ autoritatē et potestatem: ſm autē humanitatē collata ē sibi autoritas et potestas per gratiā. Et sic ſm diuinitatē iudicabit principalr̃: ſm vero humanitatē min⁹ principaliter.

Secūdo queritur. vtrū in forma diuinitatis apparebit malis. ¶ Responsio. Mali nō videbunt patrē nec spiritūsanctū: sed videbunt filiū: nō in forma dei: sed humanitatis: tamē vere cognoscent ip̄m eē verū deū p̄ signa et effectus. Et sic patet q̄ reprobi nō videbunt essentiā diuinam. Unde Isidorus (et habet̃ ab Augustino) In forma in q̄ iudicatus ē videbunt vt doleant: in forma diuinitatis nō videbunt ne gaudeāt Notandū q̄ diuinitas nō potest videri oculis corporeis: sed solū mentalibus.

Tercio querit̃ de qualitate forme in qua x̄ps apparebit vtrum scȝ in forma gloriosa x̄pus apparebit reprobis. ¶ Responsio. Christus apparebit in forma gloriosa non tm̄ bonis: sed etiam reprobis. Boni em̄ respicient gloriosam formā cū gaudio et gloria: sed mali cum pena et cōfusione. Confundentur em̄ in aspectu eius: et nō poterūt vultum eius sustinere p̄pter ꝯscientie remorsuȝ: et propter expectationē ferende sententie contra eos. Ad illud qđ obijcitur Mathei. xxiiij. Apparebit signum filij hominis in celo. Hoc signū erit signuȝ crucis in celo. Cum ergo crux sit signū infirmitatis: videtur q̄ apparebit in infirmitate et nō in gloria. ¶ Respondet̃ q̄ x̄ps apparebit cum cicatricibus: crucez signis passionis sue: nec erunt signa infirmitatis p̄sentis: sed p̄terite: imo erunt ad gloriam: decentiam: et pulchritudinē: quia erunt signa victorie. Et similiter dicendum est de martyribꝫ. Unde dicit Crisostomus sup̄ Matheū: q̄ crux radijs solis erit lucentior. similiter et cicatrices. Uñ canit eccl'ia. O crux splēdidior et cetera.

Querit̃ quarto de hora iudicij. Utrum alicui creature sit nota. ¶ Rñdet̃ q̄ hora diei iudicij absq̄ dubio ē nota toti trinitati et hoī assumpto scȝ x̄po ſm hūanitatē: ē aūt ignota oibꝫ

in statu viatorum existentibus est etiā ignota demonibus ⁊ dānatis. Utrū autē nota sit angelis et aīabus beatis: est magna inter doctores cōtentio. Quidā eñ dicunt ꝙ sic: quidā autē ꝙ nō. Difficile eñ est de hoc determinare. Tamē possibile est ꝙ beata virgo ⁊ aliqui angeli superiores: ⁊ alique anime beate sciant horā iudicij: sicut aliqui angeli norunt incarnationē christi: ⁊ aliqui ignorauerūt. Et hec opinio est communior: ⁊ eam tenet sanctus Bonauentura.

Quantū ad secundū articulum

queritur primo Utrū corpora supercelestia remunerabuntur. ¶ Notandū ꝙ corpora supercelestia dicuntur que sunt super celos. hoc est sup elementa: vt sunt celum cristallinū. celum siderū. ⁊ celū stellarū erraticarū. Notandū ꝙ hec questio (que prima facie videtur stolida: qa sola creatura rōnalis proprie loquendo remuneratur) mouetur ꝑpter illā glosam que habetur super illud Ysaie. xxx. Erit lux lune sicut lux solis: et lux solis sicut lux septē dierū. glosa. Sol et luna premiū sui laboris recipient. ¶ Responsio. Tripliciter aliquid est remunerabile. Primo modo qđ est aptū natum mereri. ⁊ hoc est liberum arbitriū. Et isto modo corpora celestia nō remunerabuntur. Alio modo aliquid ē remunerabile qđ est ipsi merenti ꝯiunctū. ⁊ isto modo corpora humana p̄miabuntur ⁊ nō corpora celestia. Tercio modo qđ est ad ipsū ordinatū sicut ad obsequiū. Primo modo p̄miabitur homo in seipso. Secūdo modo in corpore suo. Tercio mō in eis q̄ sibi sunt vtilia. Et isto mō corpora supercelestia p̄miari nō est aliud q̄ hominem in illis p̄miari. Ideo in luce ⁊ splendore augebuntur ⁊ crescent ⁊ in eis delectabitur creatura intellectiua beata.

Queritur secundo. Utrū

corpora celestia quietabuntur. ¶ Responsio. Sol ⁊ luna post iudiciū nō tendunt ad occasum (sicut dicit Isidorus et habetur in litera) sed in ordine suo in quo creati sunt stabunt. Et probabilior opinio est ꝙ sol stabit ī oriente ⁊ luna in plenitudine sua in occidente: eo ꝙ ibi creati sunt. Et lux lune erit sicut lux solis: ⁊ sol erit septuplicit clarior q̄ sit mō. Et ista erūt ad ꝯsolationē beatorum ita ꝙ habebunt celum empyreū pro palacio ⁊ cenaculo: ⁊ solem ⁊ lunam ⁊ cetera corpora celestia pro subcameris. Et si placuerit eis in vno momento et paruo spacio descendent et ascendent ad ista corpora celestia. Et sic respondetur ꝙ corpora celestia quietabuntur.

Queritur tercio. Utrum

innouabuntur elemēta. ¶ Notandū ꝙ ad innouationem duo requiruntur. scʒ identitas ⁊ permanentia in substantia ⁊ mutatio in accidentibus. Et per hoc patet responsio ad questionem ꝙ elementa innouabuntur quia ꝑmanebunt in substantia: ⁊ mutabuntur q̄tū ad aliquas qualitates ⁊ proprietates. Nam in eis remanebunt proprietates leuitatis ⁊ ponderositatis: quia terra erit semper ponderosa: similiter aqua: ⁊ ignis ⁊ aer semper erunt elementa leuia. Etiā remanebunt qualitates ſm quas est receptio influentie luminis vt perspicuitas ⁊ transparentia: tamē in eis nō erit proprietas caliditatis. frigiditatis. siccitatis. ⁊ humiditatis. Et ista est opinio Basilij ⁊ etiā bede Alia est opinio probabilior ꝙ elementa non innouabuntur nec ſm substantiam nec ſm qualitates prout dicūt substantiam: sed q̄tū ad rationē corruptionis ⁊ generatōnis innouabuntur: q2 rō agendi ⁊ multiplicandi auferetur ab eis.

Queritur quarto. vtrum

innouabuntur plante ⁊ animalia bruta ¶ Respondetur ꝙ non quia nec animalia: nec arbores: nec herbe: nec aurū: nec

argentū erunt: quia postq̄ elemēta fuerint purgata p ignē: non erit amplius in eis: nec generatio nec corruptio: sȝ solum ɔser uabunt in esse

Circa distinctionem quadragesimamnonā (que in duas diuidit̃ ptes tractans de britudine) querit̃ primo quid sit beatitudo. Beatitudo (fm Boeciū psa scda. tercij libri) est status omniū bonoꝝ aggregatione pfectus. Prima particula ē status. Unde status est pmanētia legib⁹ sapiētie diuine firmata. Triplex est status. Primus est status nature instituete scȝ status innocentie anteq̄ Adā peccasset. vbi erat permanētia legib⁹ sapiētie diuine firmata q̄ si ipse nō peccasset: ꝛ nō comedisset de ligno vetito scȝ sciencie boni et mali nunq̄ mortuus fuisset: nec habuisset aliquas tentationes: nec vexationes. Secundus est status nature destitute vel lapse: vbi est pmanētia legib⁹ sapiē diuine firmata q̄ oēs morient̃ morte corpali Tercius est stat⁹ nature restitute. Et iste ē i padiso celesti vbi est pmanētia legibus sapientie diuine firmata: q̄ beati nunq̄ morientur: sed semp erunt beati. Scda particula. Omniū bonoꝝ. Nō est intelligendū q̄ habeantur ibi oīa bona fm veritatē (quia ibi non erit aurū: nec argentū: necvinū: que sunt bona) sed habebuntur omia bona fm equiualentiā. Tercia particula pfectus. Unū ille dicit̃ pfectus cui nihil deest. ꝛ sic pprie loqn̄do solus deus est pfectus. ꝛ beati habebunt deū per verā visionē: tentionem et fruitionē: ꝛ ideo erunt beati beatitudine increata. Notandū itaq̄ q̄ duplex ē beatitudo. Quedā est increata: ꝛ est ipē deus. Alia est creata. ꝛ illa est duplex. Quedā est integralis. ꝛ ista stat in trib⁹ Primo in clara visione dei: ꝛ ista euacuabit fidē. Scdo in tentione dei p amorem: quo amore sancti tenent deū tanq̄ bonum cōmodū: ꝛ per istam tentionem augmentabit̃ ꝛ perficietur amor concupiscentie: ꝛ euacuabitur spes per istam. Tercio in fruitione dei sequēte claram visionem dei: ꝛ per istam pficietur charitas. Et istis trib⁹ dotib⁹ dotabitur aia Alia est beatitudo creata pncipalis in qua principaliter stat beatitudo: et est fruitio ꝛ amor amicicie. Et ideo si queratur in quo stat principaliter britudo. Respondet̃ q̄ in fruitione ꝛ amore amicicie: quia si electi viderent deū: ꝛ nō diligerent. pprie non essent beati. Bonauentura dicit q̄ beatitudo est finis nr̄m satians appetitum. Unū duplex est finis Quidā est obiectiuus q̄ attingit̃ p operationē: ꝛ est ipse deus: ꝛ si hoc modo capiatur beatitudo est increata Alius est finis formalis: ꝛ est ipā operatio attingens: ꝛ sic tres dotes anime dicunt̃ beatitudo: sicut dictum est: ꝛ isto mō in diffinitione capitur vt est creata. Notandū etiā q̄ duplex ē satiās. Quoddā est obiectiuū: ꝛ est ipē deus. Aliud est satians informans: ꝛ sunt ille opationes ꝛ dotes satiantes animā. Et iste dotes non sunt substantie: sed accidentia q̄ immediate causant̃ a deo. Augustin⁹ sic diffinit beatum. Ille dicitur beatus q̄ habet quicquid vult: ꝛ nihil mali vult.

Scdo querit̃. qualiter beatitudo sit appetibilis Utrū scȝ oēs appetant beatitudinē verami. ¶ Notandum q̄ triplex est appetitus scȝ naturalis: animalis et rationalis. Appetitus naturalis est quedam inclinatio vel tendentia naturalis qua vnaqueq̄ res tendit ad suum finē. Et iste appetitus non solum est in animalibus rationalib⁹ ꝛ brutis: sed etiā in rebus inanimatis: sicut lapis naturaliter tendit deorsum: et ignis tendit sursuȝ. Et isto appetitu naturali omnes appetunt beatitudinē scȝ tam homines q̄ angeli etiam mali. Appetitus sensitiu⁹ et animalis est ille qui

consequitur sensum quo natura intellectiua z brutalis appetit sibi obiectū cōueniens: z fugit obiectū disconueniens. Et de isto appetitu non est questio: qz isto appetitu non potest appeti beatitudo. Appetitus aūt rōnalis est voluntas nostra q̄ libere elicit sibi cōueniens. Et ista p̄supponit intellectū: q̄ cognoscit̄ eligibile: z de isto appetitu ,p̄p̄ie est q̄stio. licet possit etiā esse de appetitu naturali ¶ Ad questionē dī q̄ cum duo sunt que faciunt appetitū scz conuenientia z indigentia: qm igitur ala rōnalis creata est ad imaginē dei z similitudinē: z facta est capax boni sufficientissimi: z ip̄a sibi nō sufficit cum vana sit z deficiens. ideo veram beatitudinē appetit naturalit̄. Nō aūt appetitu rōnali z deliberatiuo semper appetit: qz non oēs verā beatitudinē cognoscūt z ideo in speciali eam nō appetunt: licet appetant in generali: qz quilibet appetit qd̄ sibi bonū est. Notanduz preterea q̄ triplex est ꝯueniens. Primū est ſm veritatē qd̄ de se est conueniēs et bonū. Aliud est ꝯueniens ſm apparentiam; qd̄ de se non est ꝯueniēs sed apparet bonum z ꝯueniens: sicut qn̄ auari appetunt pecuniā. Terciū est conueniēs ſm p̄stitutionē qd̄ de se nō est bonū: nec apparet bonū z ꝯueniēs: sed aliquis ,p̄pter peruersitatem suam vult illud tanq̄ si esset cōueniēs: vt qn̄ aliquis vere cognoscit q̄ occidere boiem est malū: z tn̄ propter maliciam suam illud vult facere. Ad intelligentiam illius qd̄ dicit̄ q̄ anima nostra est vana et deficiens. ¶ Notandum q̄ ibi vanitas non capitur pro vanitate qua aliquid dicitur inutile: sed capitur pro vanitate versionis: z isto modo oīs creatura est vana: quia est vertibilis z pōt annihilari.

Tercio queritur. vtruz

homo sit subiectum beatitudinis scd̄m animam an totum coniunctū. ¶ Pro declaratione notandum q̄ in homine sunt tres entitates reales realiter a seinuicē distincte. Prima ē entitas anime: z ista est mere spiritualis. Alia est entitas corporalis scz corpus. Tercia est etiā entitas substātialis realis z realiter ab aliis distincta z est humanitas que est forma totius hominis; scz vnio corporis cum anima. Et hec annihilatur quando anima separatur a corpore.

¶ Responsio. Beatitudo (cum sit gaudium de bonis) est i aliquo sicut i subiecto dupliciter. Primo per inherentiam et sic gaudium est in sola anima et isto modo sola anima dicitur subiectum beatitudinis. Alio modo gaudium est in aliquo sicut in coniuncto per quandam redundantiam. Et sic quia corpus est coniunctum anime ideo gaudium redūdat in corpus. Concedēdum est igitur q̄ beatitudo non est in corpore tanq̄ in subiecto primo: sed tamē est ibi propter coniunctionē per quandam redundantiam z comparticipationem. Et sic proprie loquendo: homo est subiectum beatitudinis ſm animam.

Quarto queritur scd̄m

quid insit beatitudo. Utrum sit in anima primo ſm substantiam: an ſm potētiam. Notandum q̄ potētie anime sunt intellectus z voluntas.

¶ Responsio. Gloria et beatitudo stat in anime potentia. Et dicit Bonauentura q̄ stat in ambab⁹ potentiis scz i intellectu et voluntate. Sed contrarium dicit Scotus q̄ nullus habitus est simul et semel in intellectu et voluntate: sed dicit q̄ beatitudo p̄ncipaliter est in voluntate qua tenetur deus per amorē amicicie. Et ista opinio Scoti tenetur probabilior.

Quinto querit̄ de sta

tu glorie siue operatione cui insit ¶ No

tandum ꝙ in beatitudine duplices sunt actus. Quidam sunt substanciales ⁊ pn cipales: et sunt respectu boni increati. Et isti sunt tres scꝫ clara visio dei: frui/ tio ⁊ tentio: q̃ꝫ q̃ꝫ principaliter stet beati tudo in fruitione que est in voluntate qua diligitur deus amore amicicie rā.ꝫ bonum honestum ⁊ summe amandum. ¶ Ad predictorū intelligenciam notan/ dum ꝙ duplex est amor scꝫ amicicie et concupiscentie. Amor amicicie est quo diligitur aliquid propter se: ⁊ iste amor est principalis ⁊ optimus. Et isto mo/ do beati diligunt deum: ita ꝙ si deus eis inferret penam: nihilominus vellent eum diligere tanq̃ summe diligendum Et vocatur dos fruitionis: que sequi/ tur claram visionem: in qua fruitione stat beatitudo. Amor cōcupiscentie est quo diligitur aliquid tanq̃ bonum cō/ modum. Et isto modo beati diligunt deum tanq̃ summū commodū et cōcu/ piscibile. Et vocat̃ dos tentionis. Alij sunt actus accidentales et minus princi pales. Et sic beati leticiam habebūt de beatitudine et claritate suorum corpo/ rum. et de beatitudine ⁊ bono proximo rum. Et de istis actibus proprie nō est questio. ¶ Ad questionem respōdet Bo nauentura ꝙ actus glorie sunt ille tres dotes anime: scꝫ clara visio dei: fruitio et tentio. Et sic pꝫ respōsio.

Sexto querit̃ de diffe/ renti participatiōe beatitudinis. Utrū omnes equalem habeāt beatitudinem.

¶ Responsio. Duplex est beatitudo. Quedam est beatitudo obiectiua: ⁊ est ipsa essentia diuina. Et de ista beatitu/ dine non est questio: quia certum est ꝙ omnes habebunt eandem beatitudinē obiectiuā: quia omnes deum videbunt Matthei. xx. dicitur ꝙ omnes singulos acceperunt denarios. et dominus tan/ tum dedit nouissimo quantum primo. Alia est beatitudo formalis: ⁊ sunt ille tres dotes scꝫ clara visio dei: fruitio se/ quens et tentio et etiam gaudium acci/ dentale. Et sic distinctio et diuersitas erit in premijs ſm magis et minus cor/ respondentia meritis precedētibus: qꝛ qui plus meruit plus premiabitur: et qui minus min⁹: ita ꝙ aliq̇s clarius vi/ debit deum q̃ alter: ⁊ plus diliget deū et magis habebit de gaudio q̃ alter: nec propterea inuidebit alter de bono alterius: quia vniti erunt perfecta cha/ ritate. Et similiter dicendū est de gau/ dio et beatitudine accidentali: qꝛ mar/ tyres habebunt speciale gaudium de suo martyrio: ⁊ similiter dicendū est de virginib⁹ ⁊ doctoribus: quia hi tres ha bebunt aureolam.

Potest hic queri Utrū sanctus linus: vel alius sanctus minor beato Petro: tantum gaudium habeat de bono petri. sicut de suo proprio.

¶ Pro solutione ponuntur quatuor cor relaria. ¶ Primum correlarium. Bea/ tus petrus (si habeat maiorem charita/ tem et magis de gratia q̃ linus) plus gaudet de bono lini q̃ ipsemet linus de suo proprio bono. ¶ Scdm correlariū. Beatus linus econuerso non tm̄ gaudi/ um habet de bono petri: sicut ip̄emet pe trus de suomet bono: quia non tantum habet de charitate sicut petrus. ¶ Tercium correlarium. Licet beatus linus tantam vellet gloriam petro: quā/ tam sibi ⁊ etiam maiorem (quia scit euꝫ plus meruisse) non tamen tantū gaudet q̄ntū si haberet illā gloriā: quia si habe/ ret illam gloriā haberet maiorem chari tatē et potestatem intensius gaudendi. ¶ Quartum correlarium et responsi/ uum ad questionem. Beatus linus ma ius gaudium habet de suo paruo bono intensiue: q̃ꝫ de maiori bono petri.

Circa secundam partē huius distinctionis (cuius quattuor sunt articuli) querit᷑ primo. Utrū gloria corporis sit de substantia beatitudinis siue augmētet gl'iaꝫ aie. ¶ Notādū ꝙ sm̄ Bonauen. beatitudo dicit᷑ gaudium p essentiā. Scotus aūt dicit p cōcomitantiā: quia dicit ꝙ possit aliqs videre z diligere deū (z per ꝯsequēs beatus) z tamen nullum haberet gaudium.

¶ Ad questionē rn̄sio. Gaudiū pōt esse maius quadrupliciter. Primo de maiori obiecto. Et isto mō nō erit mai⁹ gaudiū: qꝛ quilibet gaudebit de bono infinito scꝫ de deo: qd̄ est obiectū beatitudinis. Scd̄o mō gaudium pōt esse maius qꝛ ex maiori habitu. Et sic maius gaudium inuenit᷑ respectu diuersoꝝ: qꝛ maiori habitu gaudet petrus ꝙ lin⁹. Sꝫ non reperitur respectu eiusdē ꝙtum ad diuersa tpa: quia nō habebit maiorē habitū petrus post iudicium (qñ scꝫ aia coniunget᷑ corpi) ꝙ ante iudiciū. Tercio mō gaudiū pōt esse maius: quia latius z de pluribus. Et sic reperit᷑ in eodē sm̄ diuersa tpa: quia petrus de plurib⁹ gaudebit post iudiciū ꝙ modo: qꝛ gaudebit de gloria corporis z anime: z gloria omniū saluatoꝝ. Quarto mō gaudiū pōt esse maius: ex eodem habitu intensius. Et sic aia intensius gaudebit de corpore suo post iudiciū ꝙ ante: quia licet nūc gaudeat eo ꝙ post iudiciū illud habebit: tn̄ post iudiciū intensius gaudebit: quia tunc ipsi corpori iunget᷑ z nullum habebit retardans nec expectans. Concedendū est igit᷑ ꝙ glorificatio corporis facit ad maius gaudium ꝙtū ad extensionē. facit etiam ꝙtum ad intensionem: non augendo habitū: sed remouēdo impedimentum.

Scd̄o queritur de origine beatitudinis siue glorie. Utrum sit a gloria anime originalit᷑. i. causaliter. ¶ Rn̄det᷑ ꝙ dupliciter ē loqui de dotib⁹ corporis in quib⁹ ei⁹ glorificatio ꝯsistit vel ꝙtum ad dispositionē: vel ꝙtuꝫ ad ꝯsummationē. Si ꝙtum ad dispositionem: erūt immediate a deo: qꝛ nō potest aia causare istas dotes. Si aūt ꝙtū ad ꝯsummationē: sic sunt a gl'ia anie sue. i. ab aia gloriosa: ita ꝙ ꝙnto aia erit gloriosior z beatior: ita etiā corp⁹ eo ꝙ anie gloria redundabit in corpus. Uñ Dionysius ad dyoscoꝝ. Beatitudo nō est corporū: sed ab aniab⁹ redundat in corpa.

Quantū ad secundum articulū querit᷑ primo de numero z sufficiētia dotum. Utrū sint tm̄ ꝙtuor dotes corporis: vel plures. s. claritas: impassibilitas: subtilitas z agilitas ¶ Notādū ꝙ dos capit᷑ tripl'r. Primo mō iuridice et ciuiliter: z nihil aliud est ꝙ illud qd̄ dat spōsus sue sponse qñ nubit: z hoc qñ ꝯsummationē mr̄imonij. Scd̄o mō capit᷑ natural'r z phisice: sic nihil aliud est ꝙ ꝓprietas z virtus alicuius rei: sic dī iste est bn̄ dotatus in fortitudine: in prudentia zc̄. Uñ Boecius libro pmo. Et vt breuiter oēs dotes eius includā. filius est patri zc̄. Tercio mō capit᷑ dos theologice z supnaturaliter. Et sic diffinit᷑ a Thoma de aquino. Dos est ornatus perpetuus datus corpi z aie: vite sufficiēs: in eterna beatitudine ꝯsistens. Et sunt septem dotes scꝫ tres ipsius anie scꝫ clara visio dei. fruitio sequēs visionē dei z tētio. Sunt z ꝙtuor dotes corpis. vt sup̄. Et accipit᷑ sufficientia istarū dotū ex sapientie tercio. Fulgebunt iusti et tanꝙ scintille in arundineto discurrēt. In fulgore notat᷑ claritas in scintilla: impassibilitas: in arundineto subtilitas z in discursu: agilitas. Et p hoc patꝫ rn̄sio ad questionē ꝙ quattuor sunt dotes corporis. Multas sufficientias ponit Bonauentura in textu. inter quas vltima est conuenientior z melior: z sumitur ab auctoritate apl'i pme Corintheorum. xv.

Seminatur in corpore: resurget in incorruptione: et ita resurget cum incorruptione et quattuor dotibus. Vide coparationem in libro Bonauenture.

Scdo queritur. vtrum dotes corpis sint equaliter in omnibus vel fm magis vel minus. ¶ Rñsio. Dotes in corporib⁹ beatoꝝ sunt fm magis et minus et pfectius: et minus perfecte in diuersis fm ꝙ aliqui maiorem habent gloriā in anima et gaudiū maius. Nam certū est ꝙ corp⁹ xpi est et erit oib⁹ alijs pfecti⁹ dotatū: sitr corp⁹ btē marie virginis et sic ɔ̄sequenter descendēdo. Tū nullus est sanctus tam paruus quin habeat quattuor dotes: non tamen ita pfecte sicut alius in maiori gloria constitutus: ita ꝙ vnū corpus erit agilius alteri. Ad illud qđ obijcitur ꝙ quilibet sanctus fm voluntatē suam erit vbicunqꝫ voluerit. ergo equaliter habebūt sancti agilitatē. Dicendum ꝙ hoc intelligit̄ ꝙ nullū habebūt impedimentū: tñ successiue discurrent: ita ꝙ aliqui velocius ꝙ̄ alij.

Circa tercium articulum querit̄ de sensuum remuneratione. Et supposito ꝙ erunt in patria: quia erit anima habēs suas potētias (cū nullam amittat) erit etiā corpus habēs oia sua organa. Et circa hoc querunt̄ duo. Primo. Vtrū in patria oēs sensus habeant suos actus. Notandum ꝙ sensus ibi capitur pro potētia sensitiua: vt sensus: visus est ipse visus: et resultat ipsa potentia ex toto cōposito scꝫ tam ex anima ꝙ̄ ex corpore: qꝛ aīa separata a corpore: pprie non habet sensus qꝛ caret organis. Et ideo anima separata a corpore non potest sentire nec videre. Similiter corpus separatum ab anima non habet sensus: quia licet habeat organa: tamen non habet potentiam: que maxime viget in anima.

¶ Respondet̄ ad questionē per tres propositiones. ¶ Prima propositio. Licet posse sentire sit ex cōiunctione potentie cū organo bene disposito: sentire tamen est ex coniunctione ipsius potētie cū obiecto. Et ista ppō prius declarata est. ¶ Scda ppositio. Quia in beatis erūt potentie iuncte organis bene dispositis ideo ibi erunt omnes potentie sentiēdi. ¶ Tercia ppō. Quia obiecta omnium sensuū non erūt in gloria sed quorundā: ideo quidā erunt in actibus suis in suo sensu: quidam non. Nam sensus visus et sensus tactus erunt in actibus suis: qꝛ ibi videbimus corpora nr̄a gloriosa: qꝛ erunt lucida et colorata. Etiam erit ibi obiectum tactus scꝫ lenitas: vt est dulce et leue tangibile: ita ꝙ amplexabimur et osculabimur inuicē absqꝫ aliqua deordinatione: sed cū omni honestate. tamē non erit ibi sensus gustus: nec sensus olfactus. tamē probabile est ꝙ ibi erit sensus auditus fm illud psalmiste. Exultationes dei in gutture eoꝝ: nam sancti cantabūt cantu corpali cum summa melodia et concordia. Alterius aūt opinionis est Richardus de media villa ꝙ omnes sensus habebunt suos actus. Dicit em̄ ꝙ deus causabit in corporib⁹ beatorum odorē egregiū: vbi satiabit̄ sensus olfactus. Similiter in lingua causabit deus quandā humiditatē: vbi satiabitur sensus gustus. Et hec opinio magis placet.

Scdo queritur. Vtruꝫ illi sensus qui sūt in suo actu cognoscāt per speciei receptionem. ¶ Notanduꝫ ꝙ anteqꝫ habeant̄ actus sensus: duo requiruntur scꝫ potentia sentiendi et obiectuꝫ sensibile: vtpute anteqꝫ aliquis videat requiritur primo ꝙ habeat potentiā videndi: scdo ꝙ sit obiectum sensibile. Vnde si aliquis haberet optimā dispositionem et potentiam visus: si esset in tenebris et obscuro loco nihil videret. Et si

militer si esset in loco clarissimo ⁊ nõ haberet potentiã visus: ita ꝙ esset cecus: nihil videret. Notandũ ꝙ aliquid cognoscitur p receptionẽ speciei: qñ obiectum sensibile causat speciẽ suppsius in recipiente: vt sol causat in visu nr̃o speciem solis: albedo in nobis speciem albedinis. Et similiter dicendũ est de alijs sensib;. ¶ Rñsio. Sensus glorificati cognoscẽt recipiẽdo speciẽ ab ipo obiecto sensibili

Quantũ ad quartũ articulũ queritur pncipaliter de glia corporis in speciali que in quattuor dotib; consistit. Et sbdiuiditur iste articulus in quattuor fm ꝙ quattuor sunt dotes corporis.

Irca primũ igitur articulũ (qui est de impassibilitate) duo querunt. Primo. Utrũ corpus gloriosum sit impassibile ab intrinseco.

¶ Rñsio. Corpora illa sunt incorruptibilia ⁊ indefectibilia (⁊ oẽs cõcordãt in hoc) tam ab intrinseco ꝙ̃ ab extrinseco. ⁊ hoc loquẽdo de potẽtia dei ordinata. ¶ Notandum ꝙ aliquid est incorruptibile: immortale: impassibile ⁊ sic de alijs dupliciter. Uno mõ per naturam. Et sic solus deus est impassibilis ⁊ immortalis. Alio mõ per gratiaʒ. Et isto modo beati dicuntur impassibiles. Notandum ꝙ in beatis erunt humores scʒ sanguis ⁊ humiditas: ⁊ etiam calor ordinatus ⁊ quattuor elementa: sicut sunt in mixto tñ nõ corrumpent. ⁊ hoc ex virtute diuina.

Scđo queritur Utrum corpus gloriosum sit impassibile passione veniente ab extrinseco: sicut igne vel cultello. ¶ Rñsio. Corp⁹ gloriosum est impassibile ab extrinseco: ita ꝙ si corp⁹ gloriosum esset in igne infernali: non pateretur. Uñ. Impassibilitas vt est dos corporis est quedã virtus ad nõ patiendum immediate data a deo ipsis corporibus beatis pro remuneratione ⁊ tãꝙ̃ pro dote.

Quantũ ad secundum articulũ querit primo. Utrum corpora illa sint peruia: an colorata: an luminosa? Notandum ꝙ duplex est peruietas. ¶ Quedã est qualitatiua: ⁊ est quedam dispositio qualitatiua disponens ad videndum ea que sunt in eo: vt per cristallum videmus que continent in eo. Alia est peruietas porosiua: ⁊ sunt ipsa foramina vel pori per que videbimus in gloria: interiora nostri corporis. Et p istos poros nunc exeunt sudores et pili. Notandum post hec ꝙ coloratum nihil aliud est ꝙ̃ susceptiuum coloris: vt paries dicitur coloratus: quia est albus: vel niger: vel rubeus ⁊c̃. Notandũ demum ꝙ luminosum capit dupliciter. Uno modo vt est susceptiuũ lucis. Uñ lux est in corpore lucido ppriẽ loquẽdo: vt sol dicitur lucidus: quia lucet. Et isto modo pprie capitur hic. Alio modo vt est species ⁊ similitudo lucis. Uñ lumẽ est in corpore dyaphano ⁊ transparẽti: vt lumen dicitur esse in aere: in vitro ⁊ cristallo ⁊c̃. Et sic prʒ q̃liter differũt lux ⁊ lumen. ¶ Ad questionẽ rñdet ꝙ corpa beatorum erunt colorata ⁊ luminosa ⁊ erũt peruia peruietate porosiua ad modum cristalli pulcriora non autem peruietate qualificatiua: quia sequeretur ꝙ eẽnt corpora organica: qđ non põt esse: quia si sic: sequeretur ꝙ quelibet pars corporis esset ipm corpus. Nam oia corpora quia sunt organea: vt quelibet pars aeris est aer: quelibet pars cristalli est cristallus. Notanduʒ vlterius ꝙ claritas est lux manifestans seipsam. Nã lux abscondita non dicitur claritas: sed solum modo dr̃ lux. Notãdũ etiam ꝙ ista sunt synonima: puietas dyaphaneitas: pspicuitas ⁊ transparentia.

Scdo queritur Utrum corpora gloriosa possint claritatē suam fm imperium anime sue oculis nostris occultare. ¶ Respondet Bonauentura ꝙ licet non possemus videre corpꝰ gloriosum in se ꝓpter nimiam eius claritatē tamen possemus illud videre in ordinatione: sicut est de sole. Ulterius: qz corpus gloriosum est subtile: z per subtilitatem suā potest omē corpus penetrare non gloriosum (vt infra patebit) idō posset corpus gloriosum oculos nr̄os penetrare: z sic non esset obiectū nobis visibile: quia qd̄ intra oculos nostros est non possumus videre. Qualiter autem hoc possit fieri: postea dicetur in materia de dote subtilitatis. De xp̄i corpore autē (qui post resurrectionē suam discipulis non apparuit gloriosus: licet corā ipsis esset presentialiter in specie pegrini: vel ortulani zc.) Dicendum est ꝙ aliud est de xp̄o z de pura creatura: quia christus deus est et potuit facere qd̄ voluit. Nā maior potētia collata est xp̄o ꝙ ceteris sanctis.

Consequēter queritur de dote subtilitatis: z primo Utrū corpus gloriosum possit penetrare corpus non gloriosū. ¶ Notandū ꝙ duplex est subtilitas scz spiritualis et corporalis. Subtilitas spūalis dicitur esse quedā ingeniositas existens in intellectu disponens ipsum intellectum ad acute z perfecte aliquid cognoscendum. z de ista nō est questio. Subtilitas autem corporalis est duplex scz raritatis z virtutis siue actiuitatis. Subtilitas raritatis est quedam qualitas existens subiectiue in corpore raro ipsum disponens ad faciliter patiendum: vel ad hoc ꝙ faciliter penetretur: vt aer et cetera corpora mollia que dicuntur rara: quia mollia z defactibili sunt penetrabilia. Subtilitas pō virtutis seu actiuitatis est quedam qualitas existens in corpore: disponēs ipsum ad faciliter agendum seu faciliter penetrandum. Et de ista sola subtilitate virtutis est hic ad propositum. Notandū insuper ꝙ subtile vł penetratiuū potest dici tripliciter. Uno modo quia habet figuram acutam aptam ad aliquid penetrādum: vt acus faciliter penetrat pānum: ensis faciliter aliquid mole penetrat: vt caput zc. Alio modo ꝓpter materie quietatem: vt aer. z istis duobꝫ modis non capitur hic. Tercio modo aliquid dicitur penetratiuum siue subtile per virtutē actiuā. Et isto modo capitur hic. ¶ Ad questionem dicitur (z omnes concedunt) ꝙ corpora gloriosa habent dotem penetrabilitatis. z possunt penetrare omne corpus non gloriosum. Sed quomodo illud fiet est magna cōtrouersia inter doctores: sicut patet in textu. ¶ Opinio tamen Scoti (que est securior) est ꝙ corpus gloriosum potest esse in eodem loco cum nō glorioso. Unde penetrabit totum corpus non per poros (vt dixerunt aliqui) sed penetrabit totum corpus: ita ꝙ duo corpora erunt simul et in eodem loco: et hoc virtute diuina. Bonauētura. Corpus gloriosū non potest penetrare corpus gloriosum quia vnum nō est materiale respectu alterius (licet sit materiale in se) nec penetrabile ab alio. Et idō ꝗuis sit ibi subtilitas: deficit tamē penetrabilitas. Et ideo plura corpora gloriosa nō possunt esse simul de potētia dei ordinata.

Secūdo queritur. vtrū corpus gloriosum sit palpabile tactu a nō glorificato. ¶ Notandum ꝙ tangibile est quod pōt percipi ꝑ sensuz tactus. ¶ Ad questionem respōdet Bonauentura. Cum dico tangibile: duo dico scz qd̄ pōt immutare sensuz: z h̄ est ꝑfectōis z qd̄ nō pōt latere tactū nr̄m: z h̄ est imp

fectionis: et qz remanebit qd est perfectionis: et tolletur quod est imperfectionis: ideo dico qz corpus gloriosum potest se prebere tangibile: et potest se latitare se nō prebere tangibile corpori nō glorificato. Nam tangi potest cū sit corpus verū: nō vanum seu fantasticū: latere potest quia potest penetrare organū tactus Primū habet per virtutem nature. Secundū per effectū spūalis potentie sibi a deo date. Concedendū est igitur qz corpus gloriosum tangi pōt a corpore non glorioso. Unde Luce vltimo capitulo dixit christus discipulis suis Palpate et videte quia spiritus ossa et carnem non habet &c.

Consequēter queritur de dote agilitatis. Et primo queritur. Utrum agilitas sit in omnibus corporibus gloriosis. Notandum qz agilitas est facilitas existens subiectiue in corpore animato ad prompte mouendū ipm motu progressiuo cuius principiū est anima. Nominales dicunt qz tempus et motus sunt eadē res. Item fm aliquos primum mobile est celū cristallinū fm aliquos nouū celum. fm aliquos celū stellatū. i. octaua spera. ¶ Propositio. Cessabit omnis motus celorum omniū post iudiciū. ¶ Sol stabit in oriente: luna in occidente. ¶ In beatis nō erit motus ad formā. ¶ Corpora beatorum nō indigent loco ¶ Motus omnis est propter carentiā alicuius rei. Unde duplex est motus scz ad formā et ad situm. Motus ad formā est propter indigentiam. Motus ad situ est propter libertatem. Iste motus propter libertatē non habet imperfectionē. Notandum qz sex sunt differētie positionū scilicet dextrum et sinistrum. sursum et deorsum. ante et retro. Et sic patz rūsio.

Secūdo qritur. vtrum illa agilitas inclinabit corpora gloriosa ad omnes istas differētias positionū ita qz illa corpora gloriosa nō habent aliquam inclinationē magis ad vnā qz ad aliam: sic qz magis ad sursum qz ad deorsum inclinantur: vel ad sinistrum qz ad dextrum et econuerso. et sic de aliis.

¶ Propositio. Erit in corporibus beatis grauitas: sed nō impediens. ¶ Alia propositio. Post corpus gloriosum anima tum pulcherrimū corpus est celū empireum. nihilominus beati discurrēt vbi volunt extra: nec habebūt minorem beatitudinem essentialem.

¶ Rūsio ad questionē. Agilitas inclinabit corpus gloriosum ad oēm differentiam positionis: ita qz eque bene inclinabit ad sursum sicut deorsum et econtra: ad sinistrū sicut ad dextrum: ad ante sicut ad retro: ita qz vbi voluerit ire anla nullum habebit resistens nec impedimētum a corpe glorificato.

Circa distinctionem quinquagesimam (in qua de statu damnatorū determinatur: cuius qtuor sunt articuli) queritur primo. Utrum damnati velint se peccasse. Notandum qz duplex est voluntas scz absoluta et conditionata. Uoluntas absoluta et kathegorica est quādo aliquis actu vult aliquid. vt velle fornicari simpliciter: velle furari etiam absqz aliqua conditione. Uoluntas vero conditionata est quādo qs vult aliquid cum cōditione: vt ego bene vellem furari si deus non prohibuisset: ego bene vellem manere de matutinis si ego non essem punitus.

¶ Responsio. In damnatis pena infernalis aufert a voluntate ipsorum actum volendi peccare: siue voluntatem absolutam peccādi. quia reuera damnati nō appetunt luxuriari: nec superbire et hoc propter penas quas se sentiunt ex hoc incurrisse. Tamē habitu et volūtate cōditionata vellēt peccare. Uñ bñ vellēt luxuriari si nō essent puniti. Et hec ē opinio

Bonauenture. Sed nõ tenetur a docto/ribus modernis. Nã dicunt ꝙ sicut san cti cõtinue laudabunt deum: ita damnati continue blasphemabunt deum ꝛ non solum vellent peccare sed actu peccabũt ꝛ etiã erũt obstinati in peccato. ſm illud psalmiste. Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. Et licet semꝑ pec cent: nõ tamen demerẽtur: sed illa volun tas peccandi est eis pro pena. ſm illud Apocalipsis. Qui in sordibus est sordescat adhuc. Sed veniamus ad resolutionem questionis. Ad illud igitur quod ĩ questione querit (vtrum damnati velint se peccasse) respõdetur ꝙ bene vellent se nõ peccasse: nõ ꝙ peccatũ eis displiceat: quia iniustũ ꝛ contra deum: sed quia displicet eis pena pro peccatis eis inflicta Unde de non bene vellet nõ superbisse: et iudas nõ prodidisse christum. Et hec est opinio sancti Bonauenture ꝛ cum eo concordant doctores.

Querit secundo. Utrũ volũtate deliberata damnati malint nõ esse ꝙ̃ sic esse. Hoc est vtrũ magis appetant nõ esse ꝛ annihilari: ꝙ̃ esse in tormẽtis. ¶ Respondet ꝙ omnes concordant in hoc ꝙ damnati mallent non esse ꝙ̃ sic esse in tormẽtis. ꝛ hoc ꝑpter illas penas. Unde Apocalipsis nono. In diebꝰ illis desiderabunt hoĩes mori: ꝛ fugiet mors ab illis. Item Augustinus in libro de miseria huius mundi: loquens de dãnatis dicit. O mors ꝙ̃ dulcis esses: qbus tam amara fuisti. te solum desiderant: q te vehementer oderunt. Sed in hoc appetitus damnatoꝝ est inordinatus. indifferetus ꝛ fantasticus quia non esse nullo modo est appetendũ appetitu recto. Similiter nec esse damnatũ nec esse infelicẽ est appetendũ: sed vtrũqꝫ est fugiendũ.

Sed querit quod illoꝝ est magis fugienduꝫ. ¶ Respondetur ꝙ se habent sicut excedentia ꝛ excessa: ideo vtrũqꝫ altero est magis fugiendũ diuersis considerationibꝰ. Nam non esse simpliciter est magis fugiendũ ꝙ̃ esse damnatum quia illud est magis fugiendum quod magis aufert de bono: sed non esse magis aufert de bono: quia totũ bonuꝫ ꝛ totum esse annihilat: sed esse damnatũ solum partem boni annihilat: quia licet male viuant ꝛ sint in penis: tamẽ semper sunt in esse: ꝛ esse est bonũ: igitur simpliciter loquendo nõ esse est magis fugiendum ꝛ minus appetendũ ꝙ̃ esse damnatum. Etiam ſm appetitũ honesti: damnati deberent magis eligere esse damnati: ꝙ̃ nõ esse: quia sunt ibi in inferno ad iustitiã manifestandã. Si autem loquamur de appetitu qui refugit incõmodũ: si daretur in optione damnatis tunc deberent magis appetere nõ esse ꝙ̃ eternaliter damnari: quia est magis portabile nõ esse ꝙ̃ eternaliter damnari. Sed certum est ꝙ damnati magis eligũt nõ esse ꝙ̃ eternaliter damnari: quia sequuntur appetitũ suum: ꝛ nõ respiciunt honorem dei. Et hec omnia dicit bonauentura: ꝛ licet bene tamẽ ſm aliquos doctores insufficienter dicit. Dicunt eñ ꝙ damnati sunt miseri ꝛ in miseria. Unde duplex est miseria scꝫ culpe ꝛ pene. Miseria culpe etiam est in damnatis ꝛ ſm eam damnati ſm rectam rationem ꝛ ſm appetitum honesti deberent magis eligere simpliciter nõ esse ꝙ̃ esse in culpa: quia nulla re debet deus offendi. Alia ẽ miseria pene. ꝛ sic ſm rectam rationem damnati magis deberẽt eligere esse in pena ꝙ̃ simpliciter non esse.

Tercio queritur vtrum damnati mallent omnes esse damnatos ꝙ̃ quosdã esse damnatos ꝛ quosdam esse beatos. ¶ Responsio. Duplices sunt affectiones. Quedam sunt libidinose que generant delectationẽ ꝛ iste parum vigebunt in damnatis propter multitudinẽ

penarum. Alie sunt affectiones inuidio se in quibꝫ nulla est delectatio: sed sempꝫ est penalitas ꝛ afflictio spiritus ꝛ iste au gebuntur in damnatis. Quoniā igitur in damnatis augebitur odiū ꝛ inuidia: ꝛ vehementer tristabuntur ꝛ inuidiā ha bebunt de beatitudine ꝛ gloria electoꝝ ideo vellent ꝙ nulli essent sancti ꝛ saluati: sed omnes damnati: licet multitudo ꝛ augmētatio augeat in eis penas. Et po nitur exemplum de febricitante qui licet sciat aquā frigidā sibi esse nociuā. tamē ꝑpter appetitū inordinatū quem habet vult eam bibere. Sic est de damnatis: quia licet sciant multitudinē damnatoꝝ eis esse in penā. tamen ꝑpter inordinatam affectionem inuidie quā habent: vellent omnes esse damnatos: ꝛ hoc simpliciter loquendo ꝛ in generali: ꝛ dicitur simpliciter: quia ex quo sciunt pro certo ꝙ aliqui erunt saluati: ideo magis vellent ꝙ aliqui essent saluati ꝙ alij sicut patet Luce. xvi. de diuite illo epulone ꝗ desiderabat ꝙ fratres nō venissent secū in inferno: quia fuissent ei in maiorē afflictionem. Unde pater dicit filio. Maledictus tu es in carne. ꝛ econuerso ꝛc̄.

Circa secundum articulum (qui est de excecatione siue tenebrositate) queritur primo. Utrū ibi sint tenebre corporales. Notandū ꝙ duplex est tenebra. scꝫ corporalis et spiritualis. Tenebra corporalis est priuatio luminis tam primarij ꝙ secundarij. Unde lumen primarium est ipsum lumen qđ immediate causatur a luce in corpore diaphano: vt lumen qđ est in aere. Lumen secundariū est quod causatur a lumine sicut est vmbra. Et sic patet ꝙ differentia est inter vmbrā ꝛ tenebrā. Etiam differunt lux ꝛ lumen: sicut patuit in precedenti distinctione in materia de dote claritatis. Tenebra spiritualis est duplex.

Quedam est tenebra spiritualis intelligentie ꝛ cognitionis ꝛ vocatur ignorantia. Et per oppositū scientia dicitur lumen spirituale. Unde cōmuniter dicitur ꝙ scientia nō habet inimicū preter ignorantem. Et de ista tenebra est questio sequens. Alia est spiritualis tenebra memorie: ꝛ nihil aliud ē ꝙ obliuio ꝛ priuatio actus memorādi. Et de ista tenebra est tercia questio. Alie sunt tenebre de ꝗbus nō est questio: sicut peccatū dicitur tenebra: ꝛ sic sunt septē tenebre particulares sm ꝙ sunt septē peccata mortalia. Sed de istis non est questio. ¶ Ad questionem respondetur ꝙ sm Isidoꝝ ignis gehenne habet lucē ad aliquid ꝛ ad aliquid nō: quia ignis gehenne aliquo modo lucet vt damnati habeant vnde doleant scꝫ ad videndū tristia ꝛ horribilia Et iste ignis est fumosus. sulphureus ꝛ tenebrosus. Ignis autē gehenne non lucet ad consolationem damnatoꝝ. Et sic patet ꝙ ignis gehenne lucet aliquo modo: vt damnati videant vnde doleant: et nō lucebit luce claritatis ꝛ pulchritudinis: ne habeāt vnde gaudeāt. Notandū ꝙ quicquid videbunt dānati erit in eoꝝ desolationē: nec videbunt indifferentia: nec delectabilia: sed tristia.

Secūdo queritur. Utrū erunt ibi tenebre spirituales ꝙtum ad actum cognoscendi. Quid sit tenebra spiritualis in ꝓcedenti questione dictū est. ¶ Responsio. Sicut est triplex actꝰ lucis corporalis (scꝫ manifestare: dirigere ꝛ delectare) sic ꝛ in luce spirituali. Si loquamur ꝙtum ad actū primū: sic dico ꝙ nō omnino extra lucem erunt: quia eis aliqua erunt manifesta: ꝛ hoc ad cumulum pene: vtpote erunt peccata que cōmiserunt. Et manifestatio et cognitio illoꝝ erit eis in magnam penam. Si loquamur ꝙtum ad secūdū actum qui est dirigere: sic dico ꝙ omnino erunt

extra lucem: quia non poterunt dirigi. Erunt enim extra omnem viam: et tempus et locum bene agendi: sicut dicitur Ecclesiastes nono. quia nec tempus nec ratio: nec scientia erunt apud inferos. Si vero loquamur quantum ad tercium actum (qui est delectare) sic dico similiter quod erunt extra lucem omnino: quia nihil cognoscent actu in quo delectentur: erunt enim absorpti omnino a magnitudine penarum Hec Bonauentura.

Tercio queritur utrum in damnatis sint tenebre quantum ad actum memorandi ¶ Responsio. In damnatis erit recordatio quantum ad mesticiam dolorem: sed in eis non erit recordatio ad directionem nec consolationem. Et breuiter similiter dicendum est de actu memorandi: sicut de actu cognoscendi. Et inter omnia recordabilia recordationem habebunt de peccatis a se commissis.

Quantum ad tercium articulum queritur de cognitione anime separate. Et primo queritur utrum anima separata habeat usum potentie sensitiue. ¶ Notandum quod potentia sensitiua capitur tripliciter. Primo modo pro principali et formali principio ipsius sensationis productiuo principaliter ipsius actus sentiendi. Et hoc est quedam formalitas siue perfectio se tenens in anima que realiter distinguitur ab illa. Alio modo capitur materialiter et instrumentaliter: pro ipso instrumento corporeo mediante quo anima habet potentiam videndi et sic capitur pro principio materiali productiuo principaliter ipsius actus sentiendi. Et isto modo nihil aliud est quam ipsum organum cuiusmodi sunt oculi ad videndum: et aures ad audiendum etc. Tercio modo capitur potentia sensitiua propriissime: pro aliqua entitate resultante ex aggregatione ipsius coniuncti scilicet ex anime potentia et organo mediante quo sensus exeunt in actus suos. Et sic capitur pro toto aggregato ex principio formali et organo. Et isto modo potentia sensitiua non est solum illa forma [illegible]cas que est in anima: nec solum organa dicuntur potentie sensitiue: sed sunt totius coniuncti. scilicet perfectiones anime et organo conuenientes sicut aures sunt organa conuenientia ad audiendum oculi ad videndum. manus ad tangendum Et iste tercius modus capitur hic in questione. ¶ Ad questionem respondetur quod proprie loquendo: impossibile est animam a corpore separatam habere usum potentie sensitiue: quia potentia sensitiua est aliqua entitas resultans ex coniunctione corporis et anime. Nam anima separata a corpore nec potest videre visu corporali nec gustare: nec tangere: et sic de aliis sensibus Et hoc dictum est in distinctione quadragesimanona. parte secunda. articulo tercio. questione prima: quia quicquid cognoscit anima separata a corpore hoc cognoscit potentia intellectiua. Et dictum Cassiodori non intelligitur de potentiis corporalibus sed de interioribus: ita inquiens. Anima separata videt: audit et reliquis sensibus efficacius utitur per intellectum supple: quia trahit secum potentias. Et similiter dicendum est de angelo. Et licet non habeant potentias sensitiuas et exteriores tamen perfectius anima separata per potentiam interiorem et intellectiuam cognoscit. ¶ Conclusio. Impossibile est animam separatam a corpore habere potentiam sentiendi: quia est totius coniuncti scilicet corporis et anime: capiendo potentiam sensitiuam pro toto aggregato. Hec conclusio est responsiua ad questionem. Item Augustinus dicit quod anima trahit secum imagines rerum corporalium: et per illas imaginatur et cognoscit et utitur potentia sensitiua interiori. Et hec est opinio doctoris Bonauenture.

Secūdo querit̄. vtrum anima seperata cognoscat ea q̄ circa nos geruntur: dico per comparationē ad statum viatorꝫ. ¶ Respondetur ad questionem ponendo tres distinctiones et quatuor ꝓpositiones. ¶ Prima distinctio. Duplex est cognitio scꝫ per doctrinam: ꝛ per inuentionē. Cognitio per doctrinam est illa que habetur a doctore legente clare qui verbis cōmunibus et claris vtitur. Cognitio per inuentionē est illa que inuenit̄ ab aliquo ingenioso siue ab aliquo doctore. ¶ Secunda distinctio. Cognitio per inuentionem est duplex. Quedā est rei presentis ꝛ per certitudinem vt quando videtur aliquid presens ꝛ certitudinaliter. Alia est rei absentis ꝛ per quandā coniecturationē vt quando aliquis vestigia bouis videt in niuibus vel in terra: tunc habet coniecturaꝫ ꝙ boꝫ ibi transiuit. Et ista cognitio nō est semper vera: quia potest aliquis imprimere vestigiū bouis: ꝛ tamē inveritate nō transiuit bos. ¶ Tercia distinctio Cognitio per doctrinam potest esse triplex. Quedā est a deo imediate: sicut ꝓphete multa cognouerūt per reuelationem diuinā. Alia est que fit ab homine vel a demone. Et ista reuelatio potest decipere: quia ꝛ homo ꝛ diabolus possunt fallere ꝛ falli. Tercia est que fit ab angelo bono: ꝛ ista est semper vera. ¶ Prima ꝓpositio. Anime separate per certitudinem rei p̄sentis non possunt habere noticiam de his que circa nos aguntur: nisi hoc esset ex ꝓmissione diuina scꝫ ꝙ veniant ad nos. ¶ Secūda ꝓpositio. Anime seperate possunt habere noticiā de his q̄ circa nos aguntur per quandā coniecturationem: etiam anime damnate. Ut si quis auarus haberet filiū prodigum: si ille auarus dimisisset filio suo multa bona post mortē: tunc coniecturā haberet ꝙ fili⁹ suus ꝯsumeret bonū. ¶ Tercia ꝓpositio. Anime seperate possunt haberē noticiaꝫ de his que circa nos aguntur: ꝑ reuelationem tam in bonis ꝙ̄ in malis. In bonis per reuelationeꝫ bonoꝝ angelorum. In malis per reuelationē demonum: ad augmentationē pene. ¶ Quarta ꝓpositio. Anime separate possunt habere noticiā de his que circa nos agunt̄ per illustrationē diuinā quādo scꝫ deus eis reuelat: ꝛ hoc tm̄ est in bonis ꝛ etiam existentibus in purgatorio. Nam illi q̄ sunt in inferno nō habent istas illustrationes: qꝛ sunt indigni: sic͛ patet ꝑ auctoritates Augustini et Gregorij in textu.

Querit̄ tercio de cognitione anime separate per comparationē ad statū beatoꝝ. Utrū mutuo se cognoscant. scilicꝫ damnati bonos ꝛ ecōuerso. ¶ Respondet̄ ꝙ sic. Nam consideratio siue cognitio glorie bonoꝝ est reprobis pena. Et cōsideratio siue cognitio pene reproboꝝ est electis gaudiū: quia damnati ꝯsiderāt gloriā sub ratione amissionis. electi vero penaꝫ sub ratione diuine vltionis. Unde letabit̄ iustus cum viderit vindictā. Et nunc ꝛ post iudiciū considerabunt electi penam: quia gloria electorum semꝑ manet: et post iudiciū erit copiosior. Damnati vero (licꝫ modo cōsiderent gloriā ꝛ bene cognoscant btōs) post iudiciuꝫ qn̄ anima iunget̄ corpori: nō amplius cōsiderabūt illam gloriam quia totalr̄ erūt in penis absorpti: ita ꝙ nō poterūt ad alia vacare nec cogitare. Ad intelligentiā illi⁹ Luce. xvi. (vbi dives petebat guttā aque ad refrigerādū linguā suā) notandū ꝙ nō affligebat̄ in lingua materiali aut corporali: quia nō habebat: eo ꝙ sola aīa cruciabat̄: sed affligebat̄ in aīa ex ꝯsideratione illius pene quā habebit post iudiciū: sicut prius dictum est ꝙ anime affligunt̄ ab igne materiali per solā ꝯsiderationē illi⁹. Et silr̄ demones affligent̄ post iudiciū.

Circa vltimū articulum Queritur primo. Utrum damnati habeant vermem materialē siue corporalem. ¶ Notandū ꝙ vermis dicit̄ tripliciter. Primo modo dicitur quasi veritas missa. Et isto modo filius dei qui missus est a patre in mundū pro salute generis humani dicitur vermis. ſm illud psalmiste. xxi. Ego sum vermis ꝛ nō homo. Augustinus. Uermis. i. veritas missa: ꝛ nō homo: quia nō sum cōceptus ex semine viri ꝛ mulieris sicͭ ceteri homines. Alio modo dicitur vermis animal. Et sic vermes dicuntur quedā animalia parua super costas suas ambulātia: ꝛ si habeāt pedes sunt valde parui sicut pediculi ꝛ ceteri vermes generati ex corruptione siue fiat in terra siue in aqua: Et isto modo etiam serpentes dicuntur vermes. ꝛ sic capitur vermis in questione. Tercio modo dicit̄ vermis a rodendo quia corrodit et remordet et sic vermis spiritualis. scilicet sinderesis dicit̄ vermis. Et de isto dicetur in duabus sequentibus questionibus. ¶ Ad questionem dicitur ꝙ Augustinus vicesimo de ciuitate dei ponit circa hoc duas opiniones. Quidam voluerunt dicere ꝙ vermis iste sit spiritualis ꝛ horum opinionem dicit sibi magis placere. Et hec opinio cōmuniter a doctoribꝫ tenetur. Alij vero volunt dicere vermē illum esse materialem. Propter verba scripture Judith vltimo. Dabit ignem ꝛ vermem in carnem eorum. Et sic patet per primam opinionem ꝙ in inferno nō sunt vermes materiales. Ad auctoritatem Judith dicendū ꝙ sicut ignis materialis affligendo corpus etiam affligit animā per redundantiam: quia vnita est corpori: sic vehemens dolor ꝛ remorsus anime: siue tristicia redundat i corpꝰ ſm illud Prouerbiorū. xvij. Spiritus tristis exiccat ossa. Et sic dicit̄ ꝙ erit ignis et vermis in carne eorum.

Secundo q̄ritur Utrū in damnatis sit vermis spiritualis.

¶ Pro declaratōne questionis notandū ꝙ vermis capitur duobus modis. Uno modo proprie. ꝛ sic sunt illa parua animalia de quibus dictum est in questione precedenti. Alio modo capitur methaphorice: ꝛ sic capitur in presenti questione. ¶ Et est quedam tristicia ꝛ continuus remorsus cōsciencie: que oritur ex putrefactione peccati ex concursu duoꝝ mouentiū scꝫ voluntatis naturalis ꝛ voluntatis libere sibijnuicem obuiantium ꝛ sibijnuicem resistentium. Jn ista diffinitione sunt sex particule. Prima particula est tristicia: ꝛ ponitur loco generis Unde triplex est tristicia in damnatis. Prima est carentia beatitudinis. Secūda erit de igne affligente eos. Tercia tristicia est vermis. ¶ Secunda particula est ꝯtinuus remorsus conscientie et ponitur ad differentiam tristicie que dicitur carentia beatitudinis ꝛ tristicie que generatur ex afflictione ignis. ¶ Tercia particula. ex putrefactione ꝛc̄. Peccatū dicitur putrefactum et putridum quando homo moritur in illo ¶ Quarta particula ex concursu ꝛc̄. Uoluntas naturalis est sinderesis. Uoluntas autē libera in damnatis est obstinatio cōtinuo in peccatis manendi. ¶ Quinta particula sibijnuicem obuiancium: quia si haberent obstinationem ꝛ nō haberent sinderesim: tunc non esset vermis: vt patet in mundanis hominibus ꝛ obstinatis: qui nullos aut paruos habent remorsus cōscientie. ¶ Sexta particula. sibijnuicem resistentium. Unde si sinderesi nō daretur resistentia per obstinationem: tunc proprie nō esset vermis sicut patet in bonis viatoribus qui statim obediunt veritati ꝛ sinderesi immediate faciēdo pe

nitentiam. ¶ His visis faciliter respondetur ad questionem quod vermis spiritualis est in damnatis.

Queritur tercio. Utrum vermis ille sit invariabilis. ¶ Responsio. Iusto dei iudicio fiet ut mali simul omnia peccata memorentur: ut de omnibus continue torqueantur. Et ideo vermis in damnatis est invariabilis: ita quod continue mordebit: nec minuetur: nec augmentabitur: quia ita intensiue mordebit in una hora sicut et in alia. ¶ Notandum tamen quod intensius erit in aliquibus: secundum quod aliqui plura peccata commiserunt In alijs autem minus intense mordebit secundum quod minus peccauerunt. A quo ipse pius et misericors Ihesus mundi saluator nos custodiat. Qui cum patre et spiritusancto viuit et regnat deus per immortalia et infinita secula seculorum. Amen.

Expliciunt Reportata admodum subtilissima venerandi patris Steffani Brulefer: ordinis diui Francisci de obseruantia in theologia magistri longe excellentissimi in quartum librum Sententiarum Seraphici Doctoris Bonauenture comportata quidem Metis Gallie. Impressa vero per magistrum Jacobum de Pfortzheim Ciuem Basiliensem. Anno salutis nostre. Millesimoquingentesimoprimo.



